

oteca
Sibiu

05

226

bbb

Index

Materialium di Controver,
sij expositarum.

Baptismus	1
Confirmatio	7
Poenitentia	9.
Euccharistia	15.
Communio	23.
Sacrificium Missæ	26.
Extrema Unctio	30.
Ordo	32.
Matrimonium, et Celibatus	37.
Cultus Sacerdotum	43.
Cultus Imaginum	50
Cultus Reliquiarum	54.
Purgatorium	59.
Indulgentie	64
Jejunium	67
Ceremonia	70
Reprobatio, et Libe, rum arbitrium	72

F. 8.

Index.

- Fides, et bona opera - - 76.
Scriptura Traditio, -
Index Controversiarum - 80.
Ecclesia Vera - - 88
 Visibilis - - 90
 Ura - - 93
 Sancta - - 96
 Catholica - - 100.
 Infallibilis - - 106
Successio Pastorum. 103.
Extra Ecclesiam non
 Quod Salus. - - 110.

Dilemmata X.

THEOLOGIA POLEMICA

DISTRIBUTA

AB R. D. PETRO VIZI
Nobili Siculo Transil. è Sem.
Cler. Alum. Aporiano, Philos.
Baccalaureo cùm Universam Philoso-
phiam propugnaret.

PRAESENTE

R. P. STEPHANO KAPRINAI
è Soc. JESU, Philos. Doctore,
& in Universit. Claudiopolitana
PROFESSORE SENIORE.

ANNO M. DCE LI.

Conuenit libri



37 CLAUDIOPOLI,

TYPIS ACADEMICIS SOCIET. JESU,
ANNO M. DCC. LI.

1737

S P E C T A B I L I
A G
M A G N I F I C O D O M I N O
G E O R G I O
T H O R O C Z K A I
D E T O R O C Z K O
V I R O

Vetus jam inde à Bela IV. Re-
ge Nobilitate, Prisca in Deum
Pietate, Catholicae Religionis studio
Clarissimo
MOECENATI OPTIMO.

D E D I C A T I O .

T H eologiam Polemicam
præcipuas fidei controver-
sias complectentem breviter scripsit
Wolfgangus Bossani Jesuita Un-
garus ;

garus. Hanc Cassoviæ, primùm
editam; Nos impendiis multa par-
te Tuis in lucem protulimus, par e-
rat, ut partus recens editus (sunt li-
bitotidem veluti liberi) Tuo Spe-
ctabilis Domine Nomi ni inscri-
ptus, Te suum tanquam filius Pa-
rentem in ortu gratus primùm sa-
lutaret.

Theologia Polemica Fidei Ca-
tholicæ, columnæ illius inconcus-
sæ, veritatem frustra ab Adversa-
riis labefactari tentatam fortiter
tuetur. Magnam Tu Spectabilis
Domine illius proferendæ curam
habes. Testatur id Tuum ardens
studium, quo in avito Familiæ Tuæ
castro (Thoroczko) extirpatis
Christi, Veri ac Æterni Dei, hosti-
bus Religionem Catholicam pro-
ferre curas, quam loci incoleigne-
nisi & flammis, ab Joanne Sigis-
mundo Zapolio Sociniano Prin-
cip-

cipe tertium injectis, adacti abju-
rarunt. Tu Spectabilis Domine
saniora secutus consilia, ignem pa-
riter in castrum Tuum injicis, qui
ardeat; sed non comburat, Viros
nempe Apostolicos, qui agrum Do-
mini diviniori igne succensum à
sentibus perpurgarent. Eapropter
Religiosissimos è Divi Francisci
Familia Patres in Castrum Tuum
illatos exstructo eleganter Templo
ac Domicilio stabilivisti.

Erit certè Tuæ hujus operæ pre-
tium, quod Christus, Verus ille ac
Æternus Deus, Tibi reddet Spe-
ctabilis Domine maximum. Tu
interea hoc opusculum benevolus
fuscipe, mèque Tuos inter clientes,
ultimum saltem, habe. Vale, ac
Religionis Catholicæ bono Optimus
Senex diu vive.



THEOLOGIA POLEMICA.

Præcipuas Fidei Controversias
Continens.

CONTROVERSIA I.

*De Baptismi necessitate, & ejus
effectu.*

Laicus Acatholicus. In propositionibus inter nos Amice Catholice controversis facile princeps est de Baptismo. Noster igitur sensus est. & nominatim Calvini recentiumque Ariano rum opinio, omnes filios fidelium ab utero nasci sanctos, & haeredes vitae æternæ, ac proinde salvari posse sine Baptismo, ut habet Calvinus in antidoto Concil. Trid. Sess. 6.c. 5. Non nullorum præterea è nostris sensus est, reprobos esse omnes infantes natos ex illegitimo thoro, uti & ex parentibus infidelibus. adeoque hos à baptisme rejiciendos, utpote incapaces effectus ab eo provenientis, ut patet ex Synodo

Vilnenſi Anno 1589. die 11. Martij. à nostris
celebrata.

Laius Catholicus. Noster è contra omnium
ſensus eſt, omnes universim homines naſci fi-
lios iræ tam à parentibus fidelibus, quam in-
fidelibus; conſequenter ſinē baptiſmo vel flumi-
niſ, vel flaminis vel ſanguiniſ nullum ſalvari
poſſe. Quoad alteram propositionis partem
ſentimus omnem verè hominem eſſe capacem
æternæ ſalutis, & regenerari poſſe in hæredem
vitæ æternæ, à quibuscunque tandem parenti-
bus naſcatur.

Theologus Catholicus. Scripturâ, Ratione, &
Patrum textib⁹ ut video mihi reſolvendus eſt
Ratiſ Quæſtionis inter vos ortæ,

I.

Reſolvo igitur imd. Nullum ſalvari poſſe,
niſi baptizatum vel in, re vel in voto. Pro-
batur imd. Omnes infantes ſeu demūm à pa-
rentibus fidelibus ſeu inſidelibus veniant, na-
ſcuntur in peccato originali, adeoque filij mor-
tis, iræ, & damnationis, ergo. omnes indigent
baptiſmate. Antecedens probatur ex Scriptu-
ra, ſic Job. 14. ¶. 4. dicitur: *Quis potest facere*
mundum de immundo conceptum ſemine? ſuper
quem textum SS. PP. & nominatim S. Augu-
ſtinus ex Septuaginta Interpretum versione ſic
olim commentatus eſt: *Nemo mundus à for-*
de, nec infans, cuius eſt unius diei vita ſuper ter-
ram. Quæ autem iſta macula potest eſſe inſi-
cione

ciens unius diei infantes, nisi quae per viam se-
minalem ab Adamo in omnes posteros propa-
gatur? juxta illud Pauli Rom. 5. ¶. 12. Per
unum hominem peccatum in hunc mundum in-
travit, & per peccatum mors, & ita in omnes
homines mors pertransiit, in quo omnes pecca-
verunt. Item 1. Cor. 15. ¶. 22. In Adam o-
mnes moriuntur, ubi nulla fit mentio & ex-
ceptio parvolorum à parentibus fidelibus na-
torum. Sic expresse dicit idem Apostolus na-
turā omnes fuisse filios iræ Eph. 2. ¶. 3. Era-
mus naturā filij iræ sicut & ceteri. Sed Paulus
Apostolus fuit fidelis? imò prædestinatus, ergo
non tantum proles infidelium, sed etiam infide-
lium nascuntur in peccato originali. Item 2.
Cor. 5. ¶. 14. dicit omnes esse mortuos, & Gal.
3. ¶. 22. quod omnia concluderit Scriptura
sub peccato, atqui non sub actuali, utpote cujus
parvuli pro suo statu sunt incapaces, ergo, sub
originali.

Probatur jam Consequentia. Quia alias nisi
per baptismum nemo potest effici Filius Dei
ex filio iræ, ut clarè Christus asserit Joan. 3. ¶. 5.
*Amen, amen dico tibi. nisi quis renatus fuerit ex
aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in Re-
gnum DEI.* ubi particula nisi significat univer-
saliter nullo excepto. Item ¶. 7. Oportet vos
nasci denuò, causam verò subnectit: quia quod
inquit natum est ex carne, caro est, quasi dicat:
Qui nascuntur ex Parentibus per carnalem ge-
nerationem, nascuntur filij iræ & corruptionis.

nec possunt salvari, nisi renascantur ex Dō per baptismum.

Quòd porro baptismus in voto, sub cuius nomine venit contritio, justificet, præter SS. PP. communem sensum, patet ex Luc. 3. v. 3. ubi pœnitentia baptismus appellatur. Item Ezech. 18. v. 17. dicitur serio pœnitentem *vivificare animam suam*. De baptismo sanguinis seu Martyrio idipsum habetur; suam enim mortem & passionem Dominus appellat baptismum Marc. 10. v. 39. Item vocatur summa dilectio Joan. 15. v. 13. Quia igitur secundūm scripturam ex libera & gratuita ordinatione Dei dicentis: *Ego diligentes me diligo per actum contritionis perfectæ acquiritur dilectio, quæ utique presupponit Gratiam sanctificantem, sequitur manifestè, dubium esse non posse, eam in defectu baptismi fluminis omnino sufficere.*

Neque dic: in dō. Christus Math. 28. v. 19. jussit prius doceri; quam baptizari homines: euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos &c. Item Marci 16. v. 16. præterequiuit fidem: qui crediderit & baptizatus fuerit salvus erit; sed infantes non possunt doceri, nec credere, ergo nec utiliter baptizari. Rq. Etiam infantes adferunt fidem si non in propria, certè in aliena Patrinorum, aut Ecclesiæ persona. Unde sicut peccarunt in altero; ita credunt in altero. Ceterūm Christus hic locutus fuit de adultis baptizandis, qui instructionis & fidei actualis propriæ capaces sunt ut patet ex contextu.

Neque

Neque dic: 2dō. ergo pariter Christus intellexit solos adultos esse baptizandos. Rq. Ne go sequelam: quia 1mō. Christus Joan. 3. universaliter pronunciavit. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non potest intrare in Regnum DEI.* ubi nullum excipit. quia 2dō. cūm infantes nati sint filii iræ, ut in resolutione probatum est, ergo ne casu quo sic moriantur, baptizari debent, ut tanquam filij DEI decedant.

Neque dic: 3tō. Liberi fidelium 1. ad Cor. 7. §. 14. vocantur Sancti; infidelium verò immundi ergo liberis fidelium non est necessarius baptismus. Rq. Liberi fidelium appellantur Sancti non propter Sanctitatem internam & munditiam cordis; sed quia in Ecclesia nati aditum habent ad Baptismum, quo interius Sanctificantur, item quatenus ex thoro legitimo nati sunt, atque adeo Sancti vocantur Sanctitate Ecclesiastica & Civili, non spirituali: alias enim etiam Vir infidelis quem ibidem Paulus dicit Sanctificari per mulierem fidelem foret Sanctus Sanctitate interna & spirituali.

II.

Resolvo 2dō. Etiam infidelium proles ut & ex illegitimo thoro natos esse capaces tum baptissi, tum etiam gloriae æternæ. Probatur 1mō. Quia Deus non est acceptator personarum Act. 10. §. 34. 2dō. Gal. 3. §. 28. Apostolus Judæum æquè ac Græcum computat in

numerum filiorum Ecclesiæ. 3tiò. DEUS vult omnes salvos fieri 1. Tim. 2. §. 4. atqui & hi illegitimo thoro nati sunt non minus personæ humanæ, sunt Græcis veteribus & adhuc gentilibus pares, sunt ij in quos DEI universalis voluntas salvandi omnes homines tendit, cum pro his non minus ac cœteris etiam Christus sit mortuus, ergo & hi sunt capaces baptismi & gloriæ.

III.

Resolvo 3tiò. contra Lutherum & Calvinum &c. per baptismum tolli quicquid rationem peccati habet. Probatur 1mò. præter textum supra ex Joanne citatum, ubi dicimus per baptismum regenerari, ex Ezech. 36. §. 25. *Effundam super vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Item Rom. 8. §. 1. dicit Paulus *nihil damnationis esse in iis qui sunt in Christo JESU.* Simile quid scribit Eph. 5. §. 26. & Rom. 6. §. 4. dicimus per baptismum *consepulti esse Christo*, prout etiā Paulus hoc medio memoratur ablutus. (Act. 22. §. 16.) à peccatis suis.

Cæterūm quia & vos amice Acatholice in commune statis authoritati & verbo Augustini ut plurimum, rem totam illi definiendam consummandamque committamus.

Definit Augustin. L. 3. de anim. & ejus orig. C. 5. Noli credere, noli dicere, noli docere infantes antequam baptizentur morte præventos.
perve-

persenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum, si vis esse catholicus. Item: Sæpe fit ut infans natus ex parentibus optimis & sanctissimis fine baptismom moriatur & pereat, natus verò ex matre meretrice & patre fornicatore per baptismum regeneretur & salvetur. It. Concio ne I. in Psal. 115. Sicut Egyptios in mari ob rutos, ita in baptismo delicta nostra demersa & extincta, luce clarius intimat Propheta dicens: Projiciet in profundum maris omnia peccata nostra.

CONTROVERSIA II.

An Confirmationis sit verum novæ legis Sacra mentum?

Laicus Acatolicus. Nostri unanimiter sen tient nullum tale in Ecclesia à Christo Domi no Sacramentum esse institutum, ac proinde esse ritum aliquem ab hominibus introduc tum.

Laicus Catholicus. Nobis è contra fide cer tum est, Confirmationis Sacramentum ab ipso Domino esse institutum, in quo confertur gra tia non tantum ad firmiter credendum, sed etiam ad nomen Domini ubi necesse fuerit for titer confitendum.

Theologus Catholicus. Resolvo Confirmationem esse verum novæ legis Sacramentum, quod baptizatis ab Episcopo collatum in chris

mate sacro & per verba sacra sancta ex opere
operator causat gratiam sanctificantem in susci-
pientibus ipsum, & robur ad profitendam for-
titer fidem. Prob. id quod est signum sensibile
a Deo institutum ad significandam & conferen-
dam infallibiliter Spiritus S. gratiam, est vere
Sacramentum a Christo institutum, atqui
Confirmatio est tale quid, ergo. Prob. min:
per partes: sic enim Act. 8. v. 17. dicitur:
quod cum Samaritani receperissent verbum Dei,
& baptizati essent in nomine Domini IESU:
tunc imponebant manus super illos (nec pe A-
postoli) en signum sensibile, & accipiebant
Spiritum Sanctum en gratiam. Ejusdem Sacra-
menti fit mentio Act. 19. v. 6. ubi narratur,
quomodo Paulus posteaquam in nomine IESU
baptizasset quosdam, imposuit illis manus, &
venit super eos Spiritus S. Item Act. 8. v. 19.
dicitur de Simone Mago, quod cum vidisset
quia per manus Apostolorum daretur Spiritus S.
obtulit eis pecuniam dicens: date mihi hanc
potestatem ut cuiusunque imposuero manus, acci-
piant Spiritum S. Subsumo jam: Sed homines
non habent potestatem instituendi ceremonias,
ad quas infallibiliter consequeretur gratia Spi-
ritus S. ut ipse Calvinus docet, ergo, infero A-
postolos hanc ceremoniam ad talem tantumque
effectum, ex ipsius Domini pracepto ac insti-
tutione fuisse usos.

Confirmatur consensu omnium SS. PP. &
quidem (prater Dionysium Areopagitam di-
scipu-

scipulum Pauli Apostoli ac proinde virum au-
thoritatis omni exceptione majoris Cœlest.
Hierar. Parte 2. clare id afferentem, & expre-
sum Concil. Arelatensis de hoc Sacramento
Decretum) Clemens I. Pontifex Primi Sæculi
Ep. 4. clare sic habet : *Omnibus festinandum
est finè mora renasci DEO, & demùm consignari
ab Episcopo, septiformem Spiritus Sancti grati-
am percipere, quia aliter perfectus Christianus
esse nequaquam potest, ut à B. Petro accepimus,
& cæteri Sancti Apostoli præcipiente Domino do-
cuerunt. quid hoc testimonio clarius? Sed de-
finiat Quæstionem Augustinus.*

*Augustinus L. 2. contra Petilianum C. 104.
scribens, Sacramentum inquit Chrisnatis in ge-
nere visibilium signaculorum sacrosanctum est,
sicut ipse Baptismus.*

CONTROVERSIA III.

*Quid sentiendum de Pœnitentia,
quam Catholici vocant
Sacramentalem?*

*Laicus Acatholicus. Multiplex est nostre-
rum circa hanc Quæstionem sensus. Alij enim
Confessionem auricularem dictam prorsus re-
jiciunt existimantes sufficere se coram Deo
peccatorem agnoscere, alij autem in publico
vel privato judicant suo Ministro peccata sal-
tem genericè confienda; Universum tamen*

constanter negamus. (nos præsertim in Unga-
ria positi, quicquid sentiant Imperiales cœte-
rique nostri confratres), cum Novatianis con-
fessionem hanc particularem esse à Dño præ-
ceptam, & à Christo institutam.

Laicus Catholicus. Nos è contra tenemus
firmiter lapsi in peccatum mortale post baptis-
mum, à Christo præceptam esse confessionem
Sacramentalem formaliter integrā, & distin-
ctam, quoad speciem & numerum delictorum,
coram Sacerdote legitimo ad hoc legitimè de-
putato.

Theologus Catholicus. Resolvo confessionem
peccatorum mortalium in specie coram Sacer-
dote faciendam, esse jure Divino præceptam.
Prob. 1mō. ex scripturis, quæ absolvendi po-
testatem à peccatis apertè concedunt. Sic Matt
18. §. 18. *Amen dico vobis, quæcumque alligaver-
itis super terram, erunt ligata & in Cælo. &
quæcumque soleceritis super terram, erunt soluta
& in Cælis:* & Joan. 20. §. 22. *Accipite Spi-
ritum Sanctum, quorum remiseritis peccata
remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta-
sunt.* Jam ex his textibus sic urgeo: In Eccle-
sia Christi, quæ est perpetua, constituti sunt
perpetui Judices cum potestate ligandi & ab-
solvendi peccata; atqñi Judex non potest absolu-
vere peccata, nisi ad ipsius tribunal fuerint rea-
lata & debitè exposita. Ergo ad peccatorum
absolutionem à Christo institutam ex ipsius
Christi præcepto necessarium est illa à pœni-
tente.

tente Sacerdoti debite exponi. Non enim pos-
test Jūdex absolvere à delictis sibi incognitis;
Sacerdoti verò ea sunt incognita, nisi à pœni-
tente manifestentur. Hinc quamvis Scrutator
cordium Dominus cum Magdalena alios quo-
que non confessos particulariter quandóque ab-
solverit, Jūdex tamen Sacerdos cùm statum
pœnitentis hodie perspicere nequeat, conse-
quens est, debere eum statum ipsi detegi ab
ipsomet pœnitente, atqui hoc fieri nequit sine
particulari, vel ut vocamus auriculari, id est,
secreta peccatorum confessione, ergo ita tenen-
dum.

Prob. add. ex illo Jac. 5. ¶. 16. Consitemi-
ni alterutrum peccata vestra. Item ex Act. 19.
¶. 18. ubi dicitur multos credentium venisse,
¶ annunciasse actus suos, imò ut in Syriaca
versione habetur loco: annunciantes actus su-
os, numerantes offensas. Unde nequit dici ibi
miracula ab ipsis facta coram Apostolis recensi-
ta esse certum enim est, quod miracula (etiam
stando primæ versioni) non potuerint jure
nominare actus suos. utpote quæ sunt actus
Dñi extraordinarij. 3 tid. dicitur i Joan. 1. ¶. 9.
Si confiteamur peccata nostra, fidelis est ¶ ju-
stus, ut remittat nobis peccata nostra. ¶ emun-
det nos ab omni iniuitate. Si ergo ideò fidelis
& justus est Dñs, quod peccata remittat confi-
tentis, sequitur peccata confitenda esse, & qui-
dem singula, si in singulis fidelem & justum
remissorem velimus habere Dñm: quod por-

ro hoc confessio non intelligatur de ea, quæ fieret Deo sed Sacerdoti, constat ex probatione prima ubi promittitur remissio peccatorum à Sacerdotibus obtainenda. 4tè. prob. Conclusio: à Paulo Sacerdotes vocantur legati missi ad id ut delinquentes Christo reconcilient 2. Cor. 5. v. 18. *Dedit nobis inquit ministerium reconciliationis, & posuit in nobis verbum reconciliationis, pro Christo legatione fungimur;* quomodo autem Sacerdotes hac legatione fungentur, nisi sciant in quibus subditi deliquerint? Ubi bene advertendum est, quantopere errent Acatolici illi, qui dicunt Sacerdotes non esse Judices sed tantum Nuncios Dei de facta jam remissione peccatorum; 1mò. enim Jam probatum est Sacerdotibus non tantum annunciandi sed ligandi & solvendi datam esse à Christo potestatem. 2dò. quæro: An ministri talis annunciantis verba habeant vim aliquam ad remissionem peccati vel non? Primum non admittunt, utpote qui dicunt, antecedenter posito dolore pœnitentis jam esse remissa peccata. Non etiam secundum: potest enim id quælibet Prædicantis uxor præstare seu manifestare & denunciare jam factam à Deo esse remissionem peccati, cui nimirum æquè constat ex signis externis dispositio pœnitentis externa coram marito adstantis, & sœpè peccatorum gravitas & numerus, à quibus præsumitur esse absolutus.

Nec obstat frivola illa excusatio quorundam,
quod

quod Deum non sit credibile exegisse talem
carnificinam, adeoque quibus tam sublimis
humilitatis donum deest, eos non obligari ad
tantum onus: Respondeo enim, si difficultas
tanta oritur ex numero peccatorum veniali-
um, quorum species & numerus esset enumera-
randus, hæc prætensa difficultas cessat, utpote
quorum nulla confitendi est obligatio, si vero
ex peccatorum mortalium numero ea etiam
nullam habet impossibilitatem, cum ex Tri-
dentini Concilij mente illa solum sint confi-
tenda quæ post diligentem inquisitionem me-
moriæ occurrunt, quod sine magna difficultate
fieri potest. Si rubor prætendatur, consideran-
dura est, majoris ruboris fuisse datam causam
peccando coram Deo & Angelis ejus, imò
nonnunquam non erubescunt aliqui coram
pluribus sceleris novo scelere propalare, & vi-
cario Dei secretum jure Divino servare obli-
gato erubescunt confiteri, ignari proculdubio
solatij spiritualis, quod Ecclesiæ filij post eje-
ctum hoc antidoto lethale venenum persenti-
scunt. Et nisi hæc confessio iutis Divini esset,
quo pæto Reges, Imperatores, & ipsimē Pon-
tifices tot jam sœculis sivissent, hodiéque fine-
rent se lege tam difficiili (saltem nonnullis)
teneri? Sit instantia à constanti prædicatione
doctrinæ Christianæ tempore Apostolorum, va-
leat igitur & hic illud dilemma: Si est ex ho-
minibus dissolvetur, si vero ex DEO est Confisi-
um aut opus istud, non poteritis dissolvere, aiebas

Gamaliel A&t;. 5. quod meritò usurpandum de
usu hujus Sacramenti, utpote qui nec difficultate,
nec hæreticorum impugnatione ab ipso-
rum Apostolorum tempore dissolvi potuit.
Et, certum est ab ipso Deo non minus fuisse in
lege gratiae præceptam & commissam hanc in-
ter peccata & peccata discernendi & dijudican-
di potestatem Sacerdotibus, quam in lege ve-
teri fuerat commissum iisdem judicium lepro-
Lev. 13. ¶. 13. & 15. & confessionem peccati
excipiendi à delinquente Num. 5. ¶. 6. & 7.

Probatur hæc assertio clarissimis primitivæ
Ecclæsiæ testimoniis : & in mō. quidem Cle-
mens I. Rom. Episc. Epi. 1. expressè ait : *Si
fortè alicujus cor dellivor vel infidelitas, vel alia-
quod malum intenter irrepererit, non erubescat,
qui animæ sue curam gerit confiteri hac huic
qui præst.*

Idem habetur ex Conciliorum expressa defi-
nitione, in Laodiceni Can. 2. ante undecim sæ-
cula celebrati textu clarissimo. Idem defini-
tum est in Concil. Cartaginensi, Cabilonensi,
Turonensi, Moguntino, Vormatiensi, Latera-
nensi, Constantiensi, Florentino, &c.

Idem testantur plurimi SS. PP. præter Cle-
mentem jam citatum. Cypr. Lib. de lapsis &
L. 3. Ep. 14. Lactantius Lib. 4. Instit. cap. 18.
Athanasius, Hilarius, Basilus, Cyrillus, Gre-
gorius Nissenus, Hieronymus, plurimos alios
præterea. Definiat igitur rem Augustinus.

Augustinus. Homil. 49. c. 3. Nemo sibi dicat,

155

occulte ago, apud DEUM ago, novit DEUS, qui
mihi ignoscit quod in corde ago. Ergo sine causa
dictum est. Quia solvereis in terra, soluta erunt
in Cœlis? Ergo sine causa datae sunt claves Eccle-
sie DEI? Frustraneum Evangelium, frustranea
verba Christi? & Lib. 2. de visit. Infirmorum
alium textum sic habet: Sunt quidam qui ad
salutem sibi sufficere autemant, si soli DEO, cui
nihil occultum est, sua confiteantur criminis: no-
lunt enim, aut erubescunt, siue dignantur se
offendere Sacerdotibus, quos tamen inter lepram
& lepram per legistatorem Dominus constituit,
ergo ad te venire roges Sacerdotem. & fac illum
conscientiarum tuarum penitus participem.

CONTROVERSIA IV.

*An Christus verè realiter & su-
stantialiter præsens sit in
Eucharistia?*

Laicus Acatholius. Nostri multiplicem ha-
bent circa hoc Sacramentum doctrinam. Cal-
vinistæ siquidem cum aliis quibusdam, negant
realem Christi præsentiam in Eucharistia, sed
tantum figurativè sic, ut nihil adsit præter pa-
neum & vinum tanquam figuram, & signum
repræsentans corpus & sanguinem Christi pro
nobis oblatum. Lutherani vero admittunt
saltem in usu hujus Sacramenti Christum ad-
esse, sed remanente simul panis & vini substan-
tia,

tiā, & hoc per fidem ajunt fieri conjunctam
cum actuali sumptione.

Laicus Catholicus. Nos è contra omnes fide
firma credimus in Sacramento hoc, post panis
& vini consecrationem à Sacerdote factam
Christum verè ac realiter esse præsentem, ita
ut virtute consecrationis substantia panis mu-
tetur in Corpus, & vinum in Sanguinem Do-
mini, solis accidentibus panis & vini rema-
nentibus,

Theologus Catholicus. Hanc quæsitionem tri-
bus distinctis paragraphis singillatim expediā.

I.

Resolvo 1^{mo}. contra Calvinistas, Anabapti-
stas & novos Arianos. Christum verè realiter
& non tantum figurativè præsentem esse in
Eucharistia. Prob. 1^{mo}. ex clarissimis Chri-
sti Domini verbis Matt. 26. & Luc. 22. ¶. 19.
Hoc est Corpus meum quod pro vobis datur, &
*Marc. 14. ¶. 24. Hic est Sanguis meus novi Te-
flamenti, qui pro multis effundetur.* Subsumo
& urgeo sic: Non figura Corporis Christi pro
nobis tradenda erat, sed ipsius verum Corpus
traditum, & verus ejus Sanguis effusus est, ergo
Christus verum Corpus & verum Sanguinem
dixit in Eucharistia à te tunc data contineri.
Deinde si Dominus ultimum testamentum
condens promittendo suis Discipulis verum
Corpus suum relieturum ad manducandum,
severa tamen tantum figuram juxta Adversa-
rios

rios reliquisset, haud aliter decepisset Discipulos, quam si testamentarius quispiam papyraceis monetis plenam cistam hæredibus suis cum hoc dicto relinquere: Hic sunt meæ divitiae, quæ vobis tradentur, intellecturis prudenter, non figuram sed veras auri divitias cistæ illâ concludi.

Confirmatur: nam & Paulus usus est verbis Christi sensu vero & proprio expressis, 1. Cor. 10. ¶. 16. *Calix benedictionis cui benedicimus, nonne Communicatio Sanguinis Christi est? & panem quem frangimus nonne participatio Corporis Christi est?* & iterum C. 11. ¶. 27. *Quicunque manducaverit panem hunc, vel biberit Calicem Domini indignè reus erit Corporis & Sanguinis Domini.* Quomodo ergo reus erit Corporis Domini indignè manducati, si Corpus Domini non manducet sed ejus figuram? non admittet certè ullus Calvinista (utpote imaginum contemptor) eum, qui indignè tractat figuram aut imaginem Christi, reum esse inhonorationis personæ propriæ Christi.

Item ¶. 29. ejusdem 11. capituli habetur: *Qui enim manducat & bibit indignè iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans Corpus Domini,* quomodo autem potest subire iudicium ob non dijudicatum ibi corpus, si reverâ ille iud ibi non esset, prout juxta Adversarios non adest.

Probatur id ultrò ex ipsis Domini verbis mysterij hujus magnalia non solum Discipulis pro.

prout fecit in ultima Cœna, sed toti populo enarrantis apud Joannem C. 6. N. 51. Panis quem ego dabo caro mea est, & N. 55. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. N. 56. qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Hæc omnia certe & plura alia eodem capite similia de buccella panis figurativa corporis sui minime poterat Christus prædicare, ita quidem ut eam ipsi mannae cœlesti præferret, & certè Eucharistia hoc modo suis figuris tam in effendo quam in repræsentando longè esset inferior (agno videl. Paschali, manna, sanguinis virtutini aspersione, quæ omnia etiam fuerunt repræsentantia mortem Christi, amplissimisque scripturæ præconiis celebrata) quod utique est contra Apostolum Heb. 10. & Colos. 2. decentem, vetus Testamentum continuuisse meras umbras, novum autem veritatem.

Nec obstat quod in eodem Capite 6. Joannis, post elogia hujus augustissimi mysterij animadverso Discipulorum murmure subjunxerit Dominus : *Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam, verba quæ ego lequo spiritus & vita sunt, minime enim possunt hæc verba ex detorqueri ut significent Christum, tuto eo capite non nisi de manducaione sui Corporis per fidem disseruisse, cum enim hanc eorum incredulitatem prodigiosa sui in Cœlos ascensione, à maiore ad minus ducendo argumentum refutasset, explicat se non præbendum ad corpora.*

potalem, uti alia edulia sumuntur refectio-
nem, verum ad spiritualem animæ vitam &
confirmationem. Hinc à temporibus Apo-
stolorum usque ad Berengarium decimo post
Christum circiter sæculo de hoc errantem nun-
quam in Ecclesia super eo mota fuit ab ulla
controversia, qui & ipse convictus errorem su-
um retractavit. Patet hoc assertum ex pluri-
morum SS. PP. clarissimis testimoniis à Bellar-
mino citatis L. 4. de Eucharistia Cap. 4. & seq.

II.

Resolvo 2dè, in Consecratione vi verborum
veram fieri transubstantiationem panis in Cor-
pus, & vini, in sanguinem Christi adeoque eti-
moneam esse Lutheranorum opinionem de per-
manentia substantiæ panis & vini sub specie-
bus Eucharisticis, Prob. Verba Christi dicentis:
Hoc est Corpus meum, hic est Sanguis meus de-
bent verificari, proprio in sensu, ut præcedenti
resolutione ostensum est, sed si non fieret realis
mutatio panis in corpus, & vini in sanguinem,
non verificantur, ergo, min. prob. Quia he-
rum verborum juxta Lutheranos hic esset sen-
sus: *hic est panis, & hoc est vinum, & hic inti-
mè præsens est corpus & sanguis meus*, sed hoc
modo non verificantur illa propositio, quam-
vis enim lapidi per essentiam sit intimè præ-
sens Deus, ostendo tamen lapide non licet dice-
re: *Hoc est DEUS.* 2dè. Disparatum de alio
disparate nequit prædicari, Ergo corpus Christi.

non potest de pane triticeo affirmari. Antecedens patet, alias enim non valerent similes rationaciones : *Hoc est triticum, ergo non est dominum*, at longe magis disparata sunt corpus Christi gloriosum, & panis triticeus; quam sit panis triticeus & vinum de vite, ergo si illa non possunt de se invicem praedicari, nec hæc.

Urgeo hoc argumentum: Paulus bene rationabatur dicens: Rom. 11. v. 6. Si autem gratia, jam non ex operibus; alioquin gratia jam non est gratiae. Ergo eodem modo procedit ex simili antecedenti similis illatio: Si est corpus Christi jam non est panis; alioquin corpus Christi jam non est corpus Christi.

3tiò. Si verificaretur de pane hoc prædicatum Corporis Christi, tunc quicquid dicitur de Corpore Domini, verificabitur de pane juxta Adversarios, quod tamen est falsum, Ergo. Hinc quamvis pisci alicui insit Deus, nemo dicet manducato pisce manducari Deum; Nec dici potest. quod propter unionem corporis cum anima possit designari corpus pronomine hoc dicendo: *hoc corpus est anima*, vel obfessus à dæmoni: *hic homo est diabolus*, verum sicut tantum dici potest: *huius corpori est unita anima*, & *hic homo habet in se dæmonem*. Nec obstat, quod terminus iste transubstantiationis expressè in Scriptura non habeatur, quæro enim à Lutheranis: ubi habeatur in Scriptura nomen SS. Trinitatis? Si dixerint haberi æquivalentibus terminis, hoc idem certè de transubstantiatione

tione in præsenti ostensum est. Nec obstat sedd.
quod simpliciores quidam Acatholici non pos-
sint capere replicationis & penetrationis (hoc
in mysterio inclusæ) difficultatem. Christum
enim simul fuisse & ad dexteram Patris, prout
habetur Act. 3. v. 21. & simul in terris cum
Paulo Act. 9. v. 7. Scriptura testatur, ergo
non implicat replicatio, præcipue si sit unum
idemque corpus in uno loco circumscriptivè,
in aliis vero locis definitivè, ut Philosophi o-
stendunt. Penetrationem etiam seu uno in
spacio adæquato duorum corporū ubicationem
esse possibilem actus probat, scilicet Christus januis
clausis intravit ad discipulos Joan. 20. v. 19.

Confirmatur Resolutio auctoritate SS. PP.
plurimorum, & Liturgiarum ab ipsis Aposto-
lis conscriptarum. sufficiat nobis Magnus Am-
brosius Magister Magni Discipuli Augustini
inquiens L. 4. de Sacramentis C. 4. *Panis iste,*
panis est ante verba Sacramentorum, ubi accesserit
consecratio de pane fit Corpus Christi. ac ut o-
stendat nihil illud habere impossibile, subjun-
git: *Si enim creavit DEUS Cœlum & terram,*
quando non erant, quantò magis poterit panem
& vinum, quæ iam existunt, in aliud commutare.

III.

Resolvo 3tio: contra Lutheranos hoc Eu-
charistiae Sacramentum non consistere in solo
usu ac sumptione. Quæro enim an in institutio-
ne Cœnæ dum dixit Dominus: *Accipite & co-*
medite

medite, hoc est corpus meum, fuerit jam te ipsa corpus & sanguis ejus, nec ne? Si fuit ergo accipere, comedere, & bibere non sunt de essentia hujus Sacramenti contra adversarios. Si verò non fuit ergo talium dixit Christus affirmando ibi corpus esse, quod jubebat eos sumere, cum tamen non esset ibi corpus; non rectè ergo deducitur in sumptione consistere hoc Sacramentum, tametsi ejus institutionis principalis finis fuisset sumptio, sicut quamvis panis fiat ideo ut comedatur, tamen nemo dicet antecedenter ad mandationem panem non esse panem.

Urgeo ergo: Verba Christi ante sumptionem prolata vera fuerunt, dum diceret: *Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus.* Matth: enim C. 26. v. 28. cum dixisset: *bibite ex hoc omnes,* quid & cur bibendum foret explicat ipse dicens: *hic est enim sanguis meus,* ubi clarissime enim ostendit non vinum sed sanguinem fuisse porrectum: 2dū. hoc confirmant verba illa Luc. 22. v. 20. *hic est calix novum Testamentum in meo sanguine,* ergo infero, jam in calice fuit sanguis & non primò in ore duntaxat sumentum. 3tū. Clara sunt verba Apostoli 1. Cor. 10. v. 16. *panis quem frangimus nonne participatio corporis Domini est?* atqui dum frangitur, nondum sumitur, ergo antequam sumatur, corpus Domini est. Sed definiat rem Augustinus, qui ante sumptionem jubet adorari Eucharistiam, quod jubere foret mani-

manifestè idololatricum. Si præcisè in ipsa sumptione primùm fieret corpus Domini. quod de tanto Ecclesiæ Doctore quis ausit dicere ?

Augustinus in Psal. 95. Nemo illam carnem manducet nisi prius adoraverit ; & Conc. in Psal. 35. Ferebatur Christus in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum ait : Hoc est corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus suis.

CONTROVERSIA V.

Quid sentiendum de communione Laicorum sub una specie?

Laicus Acatholicus. Nostrí afferunt præcipuum Domini esse, ut promiscue omnes fideles sub utraque specie, panis nimirum & vini communicent, adeoque rectè inferunt vos Catholicos Laicos à vestris Sacerdotibus defraudari, dum vobis sub una tantum specie porrectò hoc Sacramento, ipsi sub utraque communicant.

Laicus Catholicus. Nostrí ex adverso affirunt non esse necessarium præberi Laicis communionem sub specie vini, necessarium verò esse Sacerdotibus sacrificantibus, ita exigente Sacrificij ratione, in quo quia effusio sanguinis significari debet, non est mirum separatim sub specie vini fieri sanguinis transubstantiationem in Sacrificio.

Theologus Catholicus. Resolvo nullam injuriam fieri Laicis dum ipsis ab Ecclesia usus calicis inhibetur. Prob. 1^o. quia de hoc nullum extat præceptum Domini, quod enim Matt. 26. ¶. 27. dixerit *Bibite ex hoc omnes*, id ad solos præsentes Apostolos esse dictum declarat Marcus Evang. C. 14. ¶. 23. dicens: *& liberunt ex eo omnes*, ubi proculdubio soli fuerant Apostoli. Nec obstat illud Joan. 6. ¶. 53. *Nisi manducaveritis carnem filij hominis & bibaveritis ejus sanguinem, non habebitis vitam in eis*, vim enim verborum istorum esse solum, ut in re sumatur sanguis Christi, non autem hoc vel illo modo. patet, quia quem fructum hic bibenti simul & comedenti promisit, eundem promisit, sub una tantum specie sumenti seu manducanti. eodem C. 6. ¶. 51. *Si quis manducaverit ex hoc pane videt in aeternum, & panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita.* Idem habetur ¶. 50. & 58.

Confirmatur: Sub altera enim etiam specie unum & idem illud corpus sumitur. quod nunc à dextris Dei regnat gloriosum, atque illud utique sanguinem continet, igitur per concomitantiam in corpore datur Laicis & Sanguis.

Prob. 2^o. Usus hic sub una specie ipso Christi exercitio probatus esse noscitur. Eucharistiam enim ipse Dominus sub una tantum specie porrexit Discipulis in Emmaus Lucæ 24. ¶. 30. *Et cognoverunt eum in fractione panis.* ut hunc

textum explicant SS. PP. Hieron. August.
 Chrysost. &c. Item Act. 2. §. 42. dicitur :
Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum. & communicatione fractionis panis. Item
 C. 20. §. 9. *Una Sabbathi cum convenissimus ad frangendum panem. & §. 11. solius fractionis panis & nulla calicis fit mentio.* Et ratio
 à priori est. quia juxta prius dicta cùm Christus
jam non moriatur prout Apostolus ait Rom. 6.
 §. 9. *necesse est Christum una cum Divinitate & Humanitate esse tam bene totum sub una*
quam sub utrāque specie, quis enim ausit ieparare sanguinem à corpore Domini gloriolo,
 & idcirco vivo? Ulterius quod Laicis non faciant injuriam Sacerdotes in Sacrificio Missæ
 sub utrāque specie ob rationem supra attactam
 communicantes, patet etiam exinde, quod hi
 ipsi Sacerdotes dum extra Missam communica-

nt, æquè ac Laici sub una tantum specie pa-

nis Christum sumant.

Confirmatur adhuc id ipsum ex rationibus
 etiam, ob quas meritò hic usus sub una specie
 ab Ecclesia approbatus est: 1od. ob multos
 abstemios. 2od. vel maximè ob periculum ef-
 fusionis & irreverentiae præcipue occasione
 magni concursus populi. 3od. Ob difficultatem
 conservationis specierum vini pro viatico.
 4od. Ob difficultatem distribuendi rigente hye-
 me &c. Accedit authoritas super hoc pluti-
 morum Conciliorum & SS. PP. qui uno ore te-
 stantur usitatum fuisse in primitiva Ecclesia

Eucharistiam in collo gestare, in lenteola involutam custodire, & ubique faciunt communionis Laicorum aliquam mentionem, solius corporis sumpti (utique gloriosi, vivi, adeoque sanguinem intrà se habentis) memoriam faciunt. pro exemplo sit Augustinus ex multis.

Augustinus. Omnes mulieres nitida exhibent linteola ubi Corpus Christi accipiunt. Serm. 252. de tempore, & Eucharistiae effectum esse illuminationem mentis ostendens in Lucam sic agit de apparitione Christi in Emmaus Discipulis facta: Ut cum eis benedictum panem porrigeret, operirentur oculi eorum & agnoscerent eum.

CONTROVERSIA VI.

Quid sentiendum de Sacrificio Missæ?

Laicus Acatolicus. Nostri unanimiter negant ullum in nova Lege offerri Sacrificium in cruentum, nec à Christo Domino id in ultima Cœna institutum.

Laicus Catholicus. Imò verò Christus in ultima Cœna non Sacramentum duntaxat, sed & Sacrificium per Sacerdotes offerendum instituit, dum transubstantiato pane & vino diceret: *Hoc facite in meam commemorationem.*

Theologus Catholicus. Resolvo post cruentum Christi in cruce Sacrificium esse aliud in nova lege reale & propriè dictum Sacrificium. Probat.

bat. 1^o. ex prædictionibus Prophetarum, Malach. enim C. 1. v. 10. habetut: *In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda;* quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus Exercituum. Hæc porro prædictio quod non loquatur de Sacrificio Ju-dæorum, patet, quia illi opponitur, dum dicitur à Deo ab initio hujus vaticinij: *Non est voluntas mihi in vobis, & munus non suscipiam de manu vestra,* diciturque in gentibus offerendum. Nec potest 2^o. intelligi de quorundam gentium, ut Joob. Melchisedech, &c. Sacrificio, quia prædictur omni loco offerendum. 3^o. Nec potest intelligi de cruento Christi Sacrificio, quia id tantum semel & uno in loco oblatum est. 4^o. Nec de nostris bonis operibus, quia illa juxta plerisque Adversarios sunt immunda & sordes, hic autem prædictur oblatio munda. Deinde 1. Reg. 15. v. 22. distinguuntur obedientia à victima, & Osee 6. v. 6. misericordia & Scientia Dei à Sacrificio & holocaustis, ergo per sacrificeationem & oblationem debet intelligi Sacrificium Missæ.

Prob. 2^o. Dan. 8. v. 11. & Cap. 12. v. 11. habetur, quod Antichristus auferet juge Sacrificium, quomodo porro auferret, si non habeatur; mortem enim Christi (quæ sacrificium era) quidem verum sed cruentum, auferre non potest, ut clarum est; igitur aliud aliquod ejus stativum auferre debebit, atqui hoc est ille, quod incruentum existens cruentam Chri-

Si in ara crucis oblationem significat, igitur hoc conabitur Antichristus tollere.

Probo 3^{to}. Heb. 7. Cap. dicitur Christus esse **Sacerdos secundum ordinem Melchisedech** adeo-que infero istum Christi typum & figuram fuisse, igitur sicut Melchizedech panem & vinum in Sacrificium obtulit, oportet ut & Sacerdos Christus secundum ejus ordinem in ultima Cœna sub speciebus panis & vini, corporis & san- guinis sacrificium obtulerit, & hodie per Mi-nistrorum manus offerret.

Prob. 4^{to}. ex illo Apostoli Heb. 13. §. 10. dicentis: *Habemus Altare, de quo non habent edere potestatem, qui tabernaculo de cœnunt.* Item C. 7. §. 12. dicit translatum non abla-tum esse Sacerdotium. Si ergo datur in nova lege Sacerdos, datur altare, oportet certè dari & Sacrificium, & quidem tale, de quo solis Christianis liceat edere.

Prob. 5^{to}. ex eo, quod Deus nullo unquam tempore reliquerit Ecclesiam suam & popu-lum sine aliquo Sacrificio, quod in signum sup-remæ Majestatis illi offerri debeat. Nam in statu legis naturæ reperimus publicum Sacrifi-cium Deo oblatum per Abelem, Noë, Abra-ham &c. In lege pariter scriptæ plurima fu-runt constituta Sacrificia, holocausta, victimæ & libamina; quis ergo credat solam Christi Ecclesiam reliquam fuisse sine omni Sacrificio publico, quod possit omni tempore Deum pla-care, laudis & impetratiōnis hostiam offerre,

vitæ & mortis Dominum agnoscere, quod propriè per Sacrificium præstatur. Quod adeò proprium est cultui Divino, ut nulla unquam Gens Deum coluerit, quæ Sacrificium aliquod aut vi. & immam non obtulerit. Nec obstat Christicrucem Sacrificium habere vim infinitam. & quod una oblatione consummata sit sanctificatio nostra, ex hoc enim infert non potest Sacrificium Missæ esse superfluum, cur enim non sunt hoc non obstante superflua Sacramenta Baptismi, vel Eucharistiæ, in particuliari applicantia vim illam Redemptionis universalem ad hoc particulare subiectum, & memoriā illius cruentī Sacrificij renovantia. 2dō. Quamvis ab initio usque ad finem mundi suffecisset solum Sacrificium illud cruentum, tamen in lege naturæ, & Moysis, erant præterea instituta Sacrificia, ergo n̄l prohibet & in nova hac lege fuisse institutum, super quo ferat desinitivam Augustinus.

Augustinus in Psal. 33. *Ipse Dominus inquit de corpore & sanguine suo instituit Sacrificium secundum ordinem Melchisedech;* unde & ipsi Apostoli sacrificare leguntur. Item Epist. 23. *Christus semel in carne immolatus, omni die in Sacramento immolatur.* Et Lib. 4. de Trinit. C. 14. *Quid gratius offerri aut suscipi potest, quam caro Sacrificij nostri, corpus effectum Sacerdotis nostri?*

CONTROVERSIA VII.

*Quid sentiendum de extrema
unctione?*

Laicus Acatolicus. Figmentum hoc, ac
duntaxat Jacobi Apost. non item Sacramentū
Divinitatis institutum tenemus omnes.

Laicus Catholicus. Nos ex adverso profite-
mur non minus etiam esse Sacramentum no-
væ legis: quam sit baptismus vel quodvis a-
liud,

Theologus Catholicus. Reservo Extremam
unctionem non esse ritum humanitatis indu-
ctum. Est igitur verum novæ legis Sacra-
mentum ab ipso Christo institutum, tanquam quod
habet omnia ad rationem Sacramenti requisi-
ta; est enim signum sensibile, habet item an-
nexam sibi promissionem gratiæ, igitur infero
esse à Christo Domino institutum. Primum
requisitum exprimitur in Canonica Epistola
Jacobi Apost. quam tametsi aliqui Adversarij
inter Apocryphas numerent, Ecclesia tamen
& Patres a primis Ecclesiæ saeculis eam semper
Canonicam censuerunt, habetur ergo C. 5. §.
14. sic: *Infirmatur quis in vobis, inducat Pres-
byteros Ecclesie, & orent super eum, ungentes
eum oleo, secundum subjungitur: Si in pecc-
atis sit remittentur ei. Et quis præsumat Jaco-
bum tam ignarum suisse potestatis in institu-
endo Sacramento necessariæ, ut præsumperit
hanc*

hanc institutionem per se primè statuere, & tantum effectum huic ritui promittere, nisi hoc à Domino mandante accepisset, cùm non ignoraret Apostolis minimè datam fuisse potestatem instituendi actus, ad quorum exercitium ex opere operato infallibiliter gratia conferretur.

Confirmatur 1^o d. ex Marc. 6. № 12, ubi clarissimè habetur de Apostolis: *Euntes prædicabat ut pœnitentiam agerent, & dæmonia multa ejiciebant, & ungebant oleo multos aegros, & sanabant.* Confir. 2^o d. ex Concilio Nicæno 1. Can. 69. *Transacto inquit anno, debet Sacerdos benedicere aquam & oleum, non sicut fit in baptismo, neque sicut benedicitur Chrifina, sed sicut oleum infirmorum.* Ad quid obsecro oleum infirmorum, si nullum datur in Ecclesia extreamæ unctionis Sacramentum? Sed demus hanc rem Augustino definiendam.

Augustinus serm. 215. Quoties infirmitas venierit, Corpus & Sanguinem Christi, qui aegrotatus accipiat, ac deinde corpus suum ungat, ut illud quod scriptum est impleatur: infirmatur quis & inducat Presbyteros & orent pro eo ungentes eum oleo. & lib. 2. de visit. infirmorum: *Ergo roges de te, & pro te fieri sicut dixit Jacobus Apostolus, immo per Apostolum suum Dominus: Ipsa videlicet olei delibutio, intelligitur Spiritus Sanctus unctio.*

CONTROVERSIA VIII.

*Quid sentiendum sit de Ordinis
Sacramento?*

Laicus Acatolicus. Potior Nostrorum pars sentit nullum in Ecclesia dari tale ministerium à Christo institutum, quod per certos ritus à certis Ecclesiæ Prælatis particulari personæ tanquam Sacramentale signum talis functionis conferretur, nec vocationem & ordinationem Sacerdotum spectare ad Episcopos, verum vel ad Magistratum, vel ad populum etiam Laicum.

Laicus Catholicus. Tenemus Nos ordinem, quô Clerici ad ministeria altaris magis vel minus proximè necessaria deputantur, esse verum & proprium novæ legis Sacramentum, eorumque vocandi mittendi, vel ordinandi jus nullo modo competere Laicis sed vel Episcopis, vel qui ab ipso Pontifice ad id potestatem acceperunt.

Theologus Catholicus. Rem hanc placet tribus distinctis resolutionibus expedire.

I.

Resolvo igitur 1^{mo}. Ordinem esse ex Sacramentis novæ legis à Christo Dominus institutis. Est enim signum sensibile gratiæ, ut habetur: 1. Tim. 4. v. 14. *Noli negligere gratiam quam data est tibi cum impositione manuum*

Præ-

Presbyterij, ubi vides manuum impositionem esse signum sensibile, gratiam vero, quae dicitur data esse, effectum & significatum invisibile. Item 2. Tim. 1. ¶. 6. Admoneo (inquit Apostolus) te, ut exuscites donum DEI, quod est in te per impositionem manuum mearum. Hinc iubet Spiritus S. Act. 13. ¶. 2. segregare sibi Paulum & Barnabam & ¶. 3. refertur facta super eos impositio manuum. Item Act. 20. & 28. dicitur constituisse Spiritus Sanctus Episcopos ad pascendam Ecclesiam DEI & iterum C. 6. ¶. 6. de Diaconis habetur, quod orantes imposuerunt eis manus.

II.

Resolvo 2d. Potestatem ordinandi, vocandi, mittendi ministros Ecclesiae non esse apud Laicos. Si enim hoc jus illis competenteret, vel illud esset Divinum vel Humanum, Divini juris Laicis collati nullum est in scriptura vestigium. Imò Heb. 5. ¶. 4. dicitur: Nemo debet sibi assumere honorem, nisi vocetur a DEO tanquam Aaron, sed Aaron sine consilio populi & electione fuit vocatus, Ergo. Imò si haec electione esset jure Divino, omnes illi, qui sine consensu Laici populi vel Magistratus creati sunt in Sacerdotes, fuissent illegitimi & nulli, in jure enim Divino non datur dispensatio, atqui certum est plurimos ipso Apostolorum tempore, nullo interveniente Magistratus vel populi suffragio esse creatos Ecclesiae ministros,

ut habetur Tit. 1. §. 5. Reliqui te Cretae, ut
constituas per Civitates Presbyteros, sicut & ega
disposui tibi. Item Episcopo Timotheo inquit
Paulus 1. Epist. C. 5. §. 22. Manus nemini citè
imposueris. Ergo.

Probatur jam quod nec extet ullum tale jus
humanum aut Ecclesiasticum, quamvis enim
testimonium ab illis qui foris sunt iussi fuerint
Prælati de ordinandis accipere, nullo modo ta-
men data est populo unquam potestas eligendi
eosdem, immo Concilium Laodicenum ante 12.
secula celebratum. Can 13. statuit: non esse
permittendum turbis electionem eorum facere, qui
sunt ad Sacerdotium promovendi, idem defini-
vit Concilium Nicœnrum & Constantinopoli-
tanum.

Probatur add. resolutio. Ministri novæ le-
gis sunt altioris ordinis & dignitatis quam le-
gis scriptæ, sed hi non poterant ordinari à Lai-
cis ut clare habetur in plurimis scripturæ locis
& speciatim Exodi 29. ubi ipsi Moyse commi-
xit Dominus hoc opus peragendum, ergo mul-
tum à dominis poterunt ministri novæ legis à Laiis
ordinari, unde quotquot in lege nova ordinati
sunt, omnes ab Episcopis leguntur in Presby-
teros ordinati, & nulli à Laiis, sic enim Paulus
& Barnabas leguntur Act. 14. constituisse per
singulas Ecclesias Presbyteros.

Congruentiae porro sunt, ut publico rito so-
lenniter ab Episcopo ordinentur: immo. hoc
enim modo excellens & dignitas hujus mi-
nistri.

nisterij ostenditur, & admonetur alij ne temere ad tantum manus se ingerant, ut Choré, Da-tan, Abyron, Jeroboam, & Ozias. 2dū. Ut quisque sit securus de sua vocatione, sicut Apostoli, dum à Domino missi sunt: *Ite in universum mundum prædicare &c.* 3dū. Ut subditisciarent, qui sint eorum pastores, & quali reverentia eos prese qui oporteat.

III.

Réfolvo 3dū. Solam Romanam Ecclesiam Catholicā habere veros Sacerdotes & Pastores. Pro probationis fundamento pono illud Pauli Heb. 5. ¶. 4. *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à DÉO tanquam Aaron.* Jam sic sunt in Ecclesia Dei veri Sacerdotes & pastores votati juxta illud Eph. 4. ¶. 11. *Dedit quosdam Apostolos &c.* atqui ministri Acatholicorum non sunt à DÉO ad hoc votati, ergo soli ministri Catholicorum sunt veri Sacerdotes. Min. prob. Omnis in hoc ministerium votatus debet votari vel vocatione immediata seu extraordianaria, vel vocatione ordinaria & mediata, atqui Acatholicorum ministri, neutro modo sunt votati, quod ostendo: Non vocatione extraordianaria, ut votati sunt Apostoli; hæc enim vocatio semper debet esse conjuncta miraculis contestantibus talem vocationem, ut inductione Apostolorum patet Marc. 16. ¶. 20. & 2. Cor. 12. imò ipse Christus habuit testimonium alterius de se Luc. 24. ¶. 21. &

argumentum sumit à miraculis testantibus se
à Patre missum, ut habetur Joan. 10. §. 37. &
C. 14. §. 11. Sic Joannis Baptiste millionem
plurima signa præcesserunt, natus enim ex ma-
tre sterili Angelo miraculosè revelante &c.
cùm ergo Acatholici ministri absolute nec hi-
lum miraculi unquam potuerint ostendere, ex-
traordinariam vocationem non habent, mi-
racula enim novi testamenti in Evangelio con-
tenta quivis alius Hæresiarcha potest sibi eoa-
dem jure vendicare, quo Lutherani & Calvi-
nistæ, igitur hi præ illis nullum testimonium
suæ vocationis vel Sacerdotij afferre possunt.

Non sunt vocati etiam mediata vocatione,
vel enim ministri Acatholicon sunt ordinati
in Ecclesia Romano-Catholica ut Lutherus,
vel non fuerunt ordinati: si prius? ipso Judi-
ce Luthero inde nullam habent jurisdictionem,
quia Ecclesia nullum mittit ad Doctri-
nam suæ fidei contraria promulgandam. Si
vero non sunt in Ecclesia Catholico Romana
ordinati, non sunt à DEO per ministerium hu-
minum vocati, quia ut præcedenti Resolutione
ostensum est, id debuisset fieri ab Episcopis,
quos cùm nullos habeant Acatholici, qui po-
tentate successivè ab Apostolis deducta eviden-
ter possint monstrare quod à tali sint ordinati,
qui verè habuit jus conferendi Sacerdotium &
Episcopatum, consequens est nullos Sacerdotes
vel Pastores legitimos apud eos reperiri. Con-
firmatur perpetuâ à temporibus Apostolorum
Eccles.

Ecclesiæ praxi, eos solos reputantis inter veros Ecclesiæ ministros, qui ab Episcopis vocati, ordinati & missi sunt ad ovile Domini, alios vero (liceat citra calumniæ notam intentam accommodative cum Christo loquitur) fures, latrones tenentis, juxta illud Joan. 10. 8. 1. Qui non intrat per ostium in ovile ovum &c. Sed Augustino totam hanc rem committamus.

Augustinus. L. 2. contra Parmen. Cap. 12. loquens de Baptismo & Ordinatione ait: Utrumque Sacramentum est, & quædam consecratio ne utrumque homini datur: Illud cum baptizatur, illud cum ordinatur. Ideoque in Ecclesia Catholica, non licet utrumque iterare. Et L. 1. de Baptisme contra Donatistas Cap. 1. Sacramentum Baptismi est, quod habet, qui baptizatur; Sacramentum dandi baptismi est, quod habet qui ordinatur.

CONTROVERSIA IX.

Quid de Matrimonio & Cælibatu sentiendum?

Laicus Acatolicus. Negamus nos Matrimonium esse Sacramentum, Contractus enim civilis est, intercedens inter virum, & fœminam qui certis de causis etiam post matrimonij consummationem dissolubilis sit, etiam quoad vinculum; ita porro Matrimonium hoc est universis hominibus commune, ut nullus

fit status, in quo Cœlibatus sit præferendus Matrimonio; adeoque inferimus Clericos vel Religiosos ad carentiam uxorum nullo jure teneri posse.

Laicus Catholicus. Nos Matrimonium suscipimus ut Sacramentum in Christo & Ecclesia, & quidem si sit consummatum, sola morte alterutrius conjugum dissolubile physicè quo ad vinculum. Præferimus tamen Cœlibatum & continentiam statui Matrimoniali ex ipsius Domini judicio; adeoque afferimus certorum statuum homines liberè id genus virtutis assumentes ad id obligari.

Theologus Catholicus. Tripartitam hanc Questionem tribus resolutionibus expediam.

I.

Reservo igitur 1^{ma}. Matrimonium Christianorum esse verum & propriè dictum novæ legis Sacramentum, tanquam signum visibile gratiæ invisibilis à Dgo institutum. Est enim contractus inter sponsos visibilis, de quo Apostolus clare pronunciat Ephes. 5. v. 32. *Sacramentum hoc magnum est, promissionem gratiæ ibidem subjungit: ego autem dico in Christo & Ecclesia.* Ergo inter conjuges est talis conjunctio, qualis inter Christum & Ecclesiam, cuius conjunctionis significativum Sacramentum est matrimonium. Sed inter Christum Sponsum & Ecclesiam Sponsam est conjunctio per gratiam & charitatem, ergo ut hujus sit fidelium spon-

sponsorum conjunctio, significativa; sportes inter eos intercedere non unionem solum carnalem & naturalem, qualis est etiam inter Genitiles, verum spiritualem in gratia & charitate consistente, proinde Sacramentum illud matrimonij hanc gratiam conferre debet, ut in eo perfecte subsistat significatio coniunctionis Christi cum Ecclesia ab Apostolo asserta.

Institutio porro hujus Sacramenti & elevatio contractus prius pure civilis ad rationem Sacramenti habetur Matt. 19. ¶. 6. *Quod DEUS coniunxit, homo non separet.* Sed audiatus de hoc Augustinus.

Augustinus Lib. de fide & operibus In Civitate Domini, in monte Sando ejus, hoc est in Ecclesia Nuptiarum non solum vinculum, sed etiam Sacramentum commendatur. Et Lib. de bona Conjugali Cap. 18. *In nostrarum quippe nuptiis plus valet sanctitas Sacramenti quam secunditas ueteri.*

II.

Resolvō 2dd. Matrimonium fidelium consummatum solvi non posse quoad vinculum, etiam ob fornicationem. & adulterium, multo minus ob alias minoris momenti causas. Prob. primō ex Marci 10. ¶. 11. *Quicunque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterat.* & Luc. 16. ¶. 18. *Omnis qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, macchatur, & qui dimissam a se duxit, macchatur.* Quis ergo audet

audeat illud separare, quod Deus sic conjunxit?

Nec obstat ^{imò} quod Judæis id permisum olim fuerit. Respondet enim Dominus Matt. 19. v. 8. Moyses, inquit, ad dexteritatem cordis testi permisit vobis dimittere uxores vestras ab initio autem non fuit sic.

Nec obstat ^{2dō} quod apud Matthæum Cap. 5. v. 32. dicat Dominus: Omnis, qui dimis-
rit uxorem suam, excepta fornicationis causa,
fecit eam mœchari. & qui dimissam duxerit,
adulterat. Respondeo enim, aliud est ob for-
nicationem uxorem suam dimittere, aliud est
illâ dimissâ; & vivente, alias ducere, prior
enim est separatio quoad thorum in Ecclesia
consueta, secunda verò separatio esset vinculi;
sic explicant hunc textum cum Ecclesia omnes
SS. PP. & ipse Apostolus 1. Cor. 7. v. 10. Ita
autem, qui matrimonio juncti sunt, præcipio non
ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere:
quod si discesserit, (v. g. ob fornicationem, aut
nimiam sævitiam) manere innuptam; aut viro
suo reconciliari.

Confirmatur hoc totum ex S. Paulo qui Rg.
7. v. 2. & 3. sic habet: Quia sub viro est mul-
ier, vivente viro alligata est legi: si autem mortu-
us fuerit vir ejus, soluta est à lege viri. Igitur
vivente viro vocabitur adultera; si fuerit cune
alio viro, si autem mortuus fuerit vir ejus, libera-
ta est à lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cune
alio viro: Et ratio est, si enim in Christo, &
Ecclesia Sacramentum est vinculum matrimo-

viale, utique sicut Christus ab Ecclesia visibili, sponsa suā ad exitum usque mundi separabilis non est, ita nec vir hoc sacramentali vinculo ligatus ab uxore ad exitum ē vivis alterutrius ip̄orum. Sed quid de hoc Augustinus sentiat, videamus.

Augustinus L. 6. contra Adimantum C. 4.
Hac verba Apostoli toties repetita, toties inculcata vera sunt, viva sunt, sanas sunt, planas sunt: nullus viri posterioris mulier esse incipit, nisi prioris esse desierit; esse autem definit uxor prioris, si moriatur vir ejus, non fornicetur: Licitē igitur dimittit conjux ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterij, qui dimissam duxerit etiam ob causam fornicationis, Item Lib. de nuptiis, & conc. c. 21. & 10. Hujus Sacramenti vis est, ut mas, & fœmina copulati, quamdiu vivunt, inseparabiliter perseverent.

III.

Resolvo 3tiō. Castitatem præstare conjugio, quam à suis Ministris Ecclesia recte exigit servari. Prob. ex Matth. 19. v. 10. & seq. ubi Apostolis de onere matrimonij attonitis clare demonstrat donum hoc cœlo remunerandum non ab omnibus capi. Paulus item toto fere C. 7. in 1. Epist. ad Corinth. est in commendanda virginitate, & continentia, à versu nimirum 25. hinc 26. dicit: bonum est homini sic esse, & clarius 38. v. qui matrimonio jungit virginem

ginem suam, bene facit, & qui non jungit, melius facit. N. 40. Beator erit, si sic permanserit. Laudatur eadem virtus, Sapientiae 3, N. 13. & C. 4. N. 1. Eccles. 26. N. 20. Galat. 5. N. 22. Nec obstat textus ille S. Pauli 1. Chorinth. 7. N. 2. propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat. Hic enim Paulus non dixit, ut unusquisque ducat, hoc enim modo & ipse, & alij qualicunque impedimento impediti debuissent uxores ducere, quod tamen est falsum, verum ut qui sunt conjugati, illi ob periculum incontinentiae non fraudent invicem. Nec obstat 2dū eodem Cap. N. 9. Si non se continent, nubant, melius est enim nubere, quamuri: hoc enim & Catholici sentiunt: melius esse nubere, quam libidinis scelere aduri, quam in continuo periculo fornicationum stare sibi moraliter insuperabili, ob carnis ad libidinem proclivitatem & insolentiam.

Ostendo hie incidenter necessarium, & congruum esse Ministris Ecclesiæ cœlibatum, præcipue Sacerdotibus. Primo enim ob ministerium Altaris id maximè erat conveniens, si enim veteris legis Sacerdotes sacra tractaturi, & Laici ea percepturi continere ab uxoribus debebant (Exod. 19. N. 13. 1. Reg. 21. N. 4. &c 5.) quanto magis Sacerdotes, qui quotidie Divinum Sacrificium &c. 2dū. Apostolus 1. Corinth. 5. N. 7. ait: *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vasetis orationi.* Hinc format S. Hieronymus tale argumentum:

tum: Si Laicis imperatur, ut propter orationem abstineant se ab uxorum coitu, quid de Episcopo sentiendum est, qui quotidie pro suis, populique peccatis illibatas DEO oblatus est victimas. 3tò. S. Paulus inter cæteras dotes Episcopi affirmat etiam continentiam Tit. 1. §. 7 4tò; id exigit redditum e patrimonio Christi provenientium recta & securior conservatio. 5tò. Ipse Apostoli profitebantur se reliquisse uxores Matth. 19. 6tò. Prohibetur militans Deo se immiscere similibus curis 2. Tim. 2. §. 3. minime conduceditibus ad servitium placens Deo exhibendum 1. Corinth. 7. §. 33. 7md. Probatur ex perpetua Ecclesiæ Latinæ praxi, & plurimorum Conc. definitionibus, quæ Græcis, & Orientalibus dissimularunt uti conjugibus, quas habuerunt ante susceptos ordines, nunquam tamen iis etiam indulsum est post Sacerdotium ad secunda vota, vel etiam prima transire. Sed ad Augustinum transeamus.

Augustinus. L. de bono viduit. Continentiam conjugio preponimus; Sanctam vero virginitatem etiam continentiae viduali.

CONTROVERSIA X.

Quid sentiendum de Cultu Sanctorum in Cœlo regnantium?

Laicus Acatholicus. Nostri hanc invocationem Sanctorum recte vocant Idololatricam, adeoque omnibus gravissime illicitam.

Latus Catholicus. Econtra nostri afferunt
Sanctos cum Christo regnantes tanquam Dei
amicos religioso cultu honorandos & tan-
quam pios apud DEUM intercessores recte invo-
cari. Nullatenus tamen eos cultu Latriæ soli
Deo proprio posse coli.

Theologus Catholicus. Resolvo Sanctos cum
Christo regnantes unâ cum Angelis piè ac uti-
liter à fidelibus invocari. Prob. 1^o. Pium
est preces fidelium adhuc peccabilem in hæ-
vita interpellare, ergo multò magis invocate
amicos Dei jam confirmatos in gratia; securos
de se ipsis in Patria. Anteced. patet ex pluri-
mis Scripturæ textibus ut Job. ult. v. 8. *Ite,*
Inquit Dominus, ad servum meum Job, ipse orabit pro vobis, faciem ejus suscipiam. Item S.
Paulus Rom. 15. v. 30. *Obsecro vos, ut adjuvetis me in Orationibus pro me apud DEUM.*
Similiter rogat Ephesios, Thessalonicenses,
Collossenses &c. Et mirum certè cuique videri
debet Acatholicos modernos cum Vigilantio,
& Manichæo esse adeò intimos, & excelsos
DEI Consiliarios, qui dedignantur aliorum in-
tercessiones apud Regem Regum (coram quo
tremunt qui portant orbem) implorare.

Prob. 2^o. Angeli & Sancti sunt solliciti de
nobis & orant pro nobis, ergo piè invocantur,
quos enim scimus posse. & velle petita impe-
trare, eos merito rogamus. Anteced. patet ex
Scriptura. Sic Tobiae inquiebat Angelus Cap.
22. v. 12. *Quando erabas cum lachrymis, ego
obtuli*

obtuli orationem tuam Domino. 2. Machab. 15.
 ¶. 14. dicitur Jeremias Propheta jam pridem
 mortuus multum orare pro populo & universa
Sancta Civitate. Item Bar. 3. ¶. 4. *Domine*
DEUS Israel, audi nunc orationem mortuorum
Israel. Idem habetur & quotidianâ experientiâ
 fidelium constat, tot beneficiis & miraculis
 comprobata, eos ex charitate quâ teruntur in
 fratres suos & membra ejusdem mystici corpo-
 ris communionem in Symbolo fidei cum mi-
 litante Ecclesia assertam minimè dignari.
Clarissimus textus extat 2. Petri 1. ¶. 15.

Prob. 3^{to}. Sæp. Angeli, & Sancti leguntur
 in Scriptura invocati ergo & nos pie, & utiliter
 eos invocare possumus. Anteced. prob. Gen.
 18. ¶. 16. *Angelus* (inquit Jacob) qui eruit
 me de cunctis malis, benedicat pueris istis, &
 invocetur super eos nomen meum, nomina quoque
 Patrum meorum Abraham & Isaac. Vide quo-
 modo vir hic Deo charissimus expetierit bene-
 dictiōnēm Angeli & suorum Patrum jam mor-
 tuorum invocationem super filios Joseph, imò
 & sui nominis, qui jam jam moriturus erat.
 Similiter memoratur Osee 12. ¶. 4. Angelus
 cum sletu rogatus, Lucæ 16. v. 24. invocatur
 ab Epulone Abraham.

Prob. 4^{to}. refellendo fundamenta Acatho-
 licorum. Falsum enim est, per hoc Deo fieri
 injuriam se solum adorare jubenti (Matth.
 4. v. 10.) quis enim dicet, S. Paulum toties
 invocando fideles hic in terris, fecisse Deo in-
 juri.

juriam, aliud enim est adorare cultu Deo de-
bico *falsos Deos* prout vetatur Exodi 20. v. 3.
Aliud est petere aliorum intercessionem apud
verum Deum. Sicut porro non sit injuria Regi-
bus terrenis per honorem suis amicis & servis
exhibitum, sed potius in illis dicitur honorari.
Pariter certè honor præstitus Sanctis DEI in
eum redendat juxta illud : quam diu ex mini-
mis fecistis &c. qui dat frigidam in nomine di-
scipuli &c. qui vos audit me audit &c.

Falsum est 2dò. Mediatori Christo fieri in-
juriam, cùm ille sit *unus Mediator DEI & ho-*
minum 1. Tim. 2. §. 5. & per eum habemus
accessum ad Patrem. Hoc etenim perinde pu-
gnaret contra invocationem hominum hīc de-
gentium. 2dò. quia Christus est Mediator
principalis. & immediatus mediatione redem-
ptionis & supremæ interpellationis apud Pa-
trem ; hinc ibidem subditur, & explicatur quis
sit ille unus Mediator à Paulo inquietus : qui
dedit redemptionem *semet ipsum pro nobis*. San-
cti verò sunt mediatores tantùm subordinati,
mediati interponentes merita Christi, cuius in-
tuitu quidquid impetrant, non impetrant tan-
quam authores beneficiorum, sed supplices ad-
vocati.

Falsum est 3tio. Santos non audire preces
viventium, ut conantur probare variis Scriptu-
ræ textibus, primò enim admittimus DEUM
esse solum qui novit corda filiorum hominum 3.
Reg. 8. §. 39. cùm tamen innumeris in locis
tribua-

tribuatur Deo soli per essentiam id, quod creaturae tribuitur per participationem (sic Deus dicitur solus bonus Matth. 19. solus justus 20. Mach. 1. v. 25. solus pius &c. & tamen etiam homines dicit eadem scriptura bonos, justos, pios) adeoque hinc adversarij nihil aliud inferre possunt quam quod nulla creatura possit secreta cordium (cire propriâ virtute, potest tamen acceptâ à Deo cognitione, & revelatione. Hinc qui textus citantur de Patribus veteris Testamenti quod de iis dicatur v. g. *Abraham ne fecit nos, & Israel ignoravit nos* Isaiae 63. v. 16. Si intelligatur textus in sensu proprio, nihil probat contra Catholicos, qui non de Patribus adhuc tunc in limbo constitutis, sed de Sanctis in Cœlo regnantibus assertunt, quod sciant nostras necessitates: si verò cum S. Hieronymo commodiùs velis intelligere, sensus hujus textus est conquerentium hoc modo: Abraham, & Jacob non agnoscunt nos amplius pro filiis suis ob peccata nostra: sic accipitur lyneccio Lucæ 13. v. 27. Si qui alii textus sunt, ut Eccles. 9. v. 5. Mortui nihil neverunt amplius, & Job. 21. intelligendi sunt juxta S. Gregor. L. 12. moralium de damnatis, qui utique nullum cum vivis amplius possunt habere commercium, ut Dominus de Epulone memorat Lucæ 16.

Positivè autem probatur Sanctos audire preces nostras sic: Angelus audivit preces Tobiae C. 12, v. 12. Angeli cognoscunt internam pœnitentia-

mitentiam, & conversionem peccatoris *Lucas*
15. v. 10. Omne cultum Deo exhibitum
Psalmus 117. 2dō. Sanctis adhuc peregrinan-
tibus in terra concessa est saepe occultorum sci-
entia ut *Samueli 1. Reg. 9. v. 19.* *Eliseo 4. Reg.*
5. v. 25. *Danieli Cap. 2. v. 26.* *Petro Act. 5.*
v. 2. ac aliis innumeris usque ad nostra tem-
pora, ergo multò magis conceditur eis regnan-
tibus in Patria, quia id spectat ad perficiam a-
micitiam, ut amicus manifestet amico, quae
pertinent ad ipsum: hinc Dominus ad Disci-
pulos tuos ait *Joan. 15. v. 15.* *Jam non dicam*
vos sicut seruos nescit, quid faciat Domi-
nus eju: vos autem dixi amicos, quia omnia
quæcumque audiri à Patre meo, nota feci vobis,
Manifestat ergo Deus suis Sanctis, & quidem
(juxta S. Gregor. & S. Thomam) in verbo,
vel in essentia sua, quæ est speculum omnium
secretorum.

Falsum est 4tō. id esse signum diffidentiæ
erga DEUM, quia 1mō. vivos hic in terra sine
nota diffidentiæ invocamus, ergo etiam &c.
2dō. quia facilius impetramus per amicos DEI,
quam a peccatis nostris præpediti nos ipsi, hinc
amici illi Jobi relegantur ad interpellatorem
alium. *ut non imputetur eis siultitia Job. 42. v. 8.*
3tō. ipse Deus testatur id ipsum *Gen. 20. v. 7.*
Sic S. Stephanus adeò efficaciter oravit pro la-
pidatoribus *Act. 7.* ut S. Augustinus Pauli Apo-
stolatum, hujus impetrationi adscribat.

Falsum est 5tō. Non licere invocare Sanctos,
cō

eo quod Deus positivum non dederit de eo
præceptum; multa enim ipsi adversarij agno-
scunt Deo placere, quæ non habentur ex præ-
cepto, ut omnia dare pauperibus, Eucharisti-
am jejunum comedere &c.

Falsum est ita. Catholicos B. Virginem ha-
bere pro Dea sua, illique cultum Deo debitum
præstare: verum inferiorem Latrâ, & supe-
riorem Duliâ cultum ob inenarrabilem Dei
Matris excellentiam, quem ei tota Ecclesia
merito desert: quod probare carnali homini
supervacaneum est, qui verò æstimat prout æ-
stimari Deus infinitæ Majestatis jure infinito à
sua creatura exigit, is non difficulter fatebitur
ab homine etiam Matrem Creatoris dignè ho-
norari nunquam posse.

Confirmatur hoc totum praxi Ecclesiæ per-
petuâ ab ipsis Apostolorum temporibus. Sed
juvat hic Augustini verba ex orationis contex-
tu afferre.

Augustinus L. Medit. C. 40. Sancta & In-
maculata Virgo DEI Genitrix Maria, Mater Do-
mini nostri JESU Christi intervenire digneris
apud illum, cuius meritis effici templum. S. Mi-
chael. &c. per illum vos rogare præsumo, qui vos
elegit, ut pro me culpabili ipsi DEO supplicare di-
gnemini.

CONTROVERSIA XI.

Quid sentiendum de Cultu Imaginum Christi, & Sanctorum?

Laicus Acatolicus. Nostri sancte profitemur severè à Deo prohiberi omnis imaginis cultum, ut patet ex illo Exod. 20. n. 4. Non facies tibi sculptile.

Laicus Catholicus. Et nos profitemur in eo textu prohiberi omne idolum, & falsi Dei imaginem, vel rei alterius similitudinem eo fine creatam, ut adoretur, conformiter ad textum etiam alium Lev. 20. n. 1. Non facietis vobis idolum, & sculptile, nec in signum ponetis iupudem in terra vestra, ut adoretis eum. Cæterum tenemus seclusa adoratione, & periculo Idolatriæ, non vetari usum imaginum, seu Dei, seu creaturarum, & præsertim Sanctorum in memoriam eorundem, vel ad excitandam devotionem, imitationem, aut ob alias pios fines.

Theologus Catholicus. Resolvo venerandas esse Imagines Dei, B. Virginis, & Sanctorum, non quòd credatur, si inesse aliqua virtus, propter quam essent colendæ, vel quòd aliquid ab iis materialibus sit peteadum, vel in iis fiducia ponenda sit, (sicut olim fiebat à gentilibus) sed quia honor illis exhibitus refertur ad prototypa, quæ repræsentant; ita ut quidquid externi, vel interni religiosi cultus coram iis sit,

Et, id referatur ad illas personas, quarum effigies ibidem exhibetur.

Probatur nunc assertum *imò. Imagines sunt sacræ ex institutione sua, & peculiarem ad Deum, Christum, & sanctos ejus relationem habent, quorum nimis sunt repræsentativæ, ergo sunt honorandæ. Anteced. est innegabile, hinc pro causali, cur hoc, vel illud deceat virum facere, vel cur enim non liceat occidere, assignatur in scriptura, quoniam imago DEI est Gen. 9. v. 6. 1. Cor. 11. v. 7. Et certe illa dicimus sacra vel profana, quæ maximam relationem habent vel ad Divina, vel ad profana, eorumque sunt aliquomodo appertinentia, sic sacras literas dicimus sacras, quia sacra exprimunt. Consequentia itaque prob. scriptura enim plurimis in locis res creatas ex eo, quod ad DEI cultum specialiter spectabant, iussit honorari, sic Psal. 98. v. 5. Adorate scabellum pedum ejus. Matth. 5. v. 35. Calum terram. Exod. 12. v. 16. Diem primam, & septimam; terram item, in qua stetit Moyses Exod. 3. v. 5. Vetus item Deus quasdam res irreverenter tangi. Reg. 6. v. 19. Item duos Cherubinos ipse Deus curavit fieri, Exod. 25. v. 13. Arca fœderis ingenti cum reverentia à populo DEI servabatur 2. Reg. 6. v. 5. Ozias ob tactum ejus incautum morte punitus 2. Reg. 6. v. 8. Philistæi tamen si reverenter apud se servarent, variis plagiis afflicti sunt 1. Reg. 5. & 6. Obededom ob ejus reverentem in domo sua deten-*

tionem Dei benedictionem consecutus est 2. Regum 6. x. 11. Sic ob mortum serpentis serpens æneus erexitur est Dei iussu, ut qui percussus aspicerit eum, vivat. Num. 21. Si ergo typus & figura Christi crucifixi meritò in aestimatione fuit, cur execrantur Acatholici imaginem ejus, cuius aspectu sanamur à mortu serpentis tartarei, ut innuitur Joan. 3. v. 14.

Nec obstat, eum serpentem ab Ezechia Regè comminutum 4. Reg. 18. v. 4. Judæi enim incepérant ei Divinum cultum deferre adolendo ei incensum, quod periculum non habetur inter Christianos; nemo enim aurum vel argentum veneratur, vel artificium, verùm illum, cuius est imago. Deinde cessante mortu serpentis, cessavit finis hujus antidoti; non cessat autem imaginum sacrarum finis supra insinuatus in conclusione, nec cessabit usque ad consummationem sæculi.

Probatur 2dò. Phil. 2. v. 10. Nomen IESU dicitur venerandum, sed nomen quodlibet est imago, & repræsentatio rei nominatæ (ut Aristoteles in L. Perihe. C. 1. dicit) & personæ, quæ per hoc significatur, ergo venerari nomen, est personam venerari. Paritas certè, & causalis est adæquata, cur nomen, vel imago honoretur cujuspiam.

Probatur 3tio. Etiam Acatholici fatentur Regum, Principum imagines, vel parentum civili cultu honorandas esse, & eos meritò puniri, qui eas ludibriò afficiunt, ut habentur in legi.

legibus juris, ergo multò magis sunt honorandae imagines Cælum, & quidem tanto eminentiore cultu, delato imaginibus mortalium, quanto ipsi Cœlites excellentiore veneratione coluntur ab his, quibus civilis honor exhibetur, juxta illud Lev. 10. ¶. 10. *Habeatis scientiam inter sacrum & profanum.*

Falsum est itaque Catholicos colendo imagines, idola colere, idolum enim non est imago rei sacræ, sed simulacrum aut ficti Dei, Deæ, vel dæmonis, aut rei etiam inanimatæ; Hinc Gentiles, & Judæi nunquam in idolis suis verum Deum coluerunt, ut habetur Deut. 32. ¶. 17. Psalm. 95. v. 5. I. Cor. 10. v. 20. Hinc dum vitulum adorarent, dicitur quod oblii sunt DEUM, qui salvavit illos. Psalm. 105. 19. 21.

Falsum est add. ab ullo Concilio fuisse damnatum absolute cultum imaginum, nisi forte ab Hæreticis illegitimum Concilium sine consensu Pontificis facientibus illud fuerit.

Confirmatur hoc totum tot miraculis usque ad hæc tempora à Dño in imaginibus patratis, adeo ut vix sit Orbis angulus ubi non extarent signa, per quæ Deus Imaginum sacrarum cultum sibi esse gratum ostendisset. Ad Augustinum descendamus.

Augustinus L. 3. de doctrina Christiana C. 9. Signa utilia Divinitus instituta veneranda sunt, quia honor eorum ad prototypon transit.

Prob. 4^{ta}. Remissâ culpâ non semper remittitur tota pœna, sed multi discedunt ex hac vita, qui non satisfecerunt pro tali reatu ergo ijs restat satisfaciendum in altera. Mai. prob. ex script. Sic David adulterij & homicidij reus audivit quidem à Propheta, 2. Reg. 32. ¶. 48. *Transstulit Dominus peccatum tuum, pœnam tamen ei non fuisse remissam patet ex subsequentibus verbis: Verum tamen quin &c. filius, qui tibi natus est, morte morietur.* 2dō. Idem David remissò jam peccatō cogitur eligere sibi pœnam 2. Reg. 24. ¶. 12.

3^{tiā}. Moyses & Aaron dimissâ culpâ incredulitatis, puniti tamen sunt pœna temporalis Deut. 32. ¶. 48. Simile quid contigit Populo Israël. Exod. 32. ¶. 14. & 27. Item. Num. 14. ¶. 29.

Concedimus itaque, Deum juxta suum promissum, pœnitenti remittere peccata; nec recordari iniquitatum ejus (Ezech. 18. ¶. 21.) quoad culpam & pœnam æternam, verūm, ut ex probatione quarta patet, recordatur tæpe quoad pœnam temporalem.

Concedimus 2dō. Morte fundatos cadere vel ad Austrum vel ad Aquilonem (Eccl. 11. ¶. 3.) ibique manere hominem vel amicum vel inimicum DEI; si in statu gratiæ decesserit, fore hæredem gloriæ, prout sunt etiam omnes animæ purgatoriij; si vero in peccato mortali, inimicum æternum.

Concedimus 3^{tiā}. Post diem Iudicij, nullum.

CONTROVERSIA XII.

Quid sentiendum de Cultu Reliquiarum?

Laicus Acatolicus. Hoc enim verò est cum Marcione, & Vigilantio sentire mera námque est superstítio, corpora, aut res alias sive ad Christum, sive ad Sanctos quoquomodo pertinentes religiosa veneratione colere.

Laicus Catholicus. Nos cum Concil. Trident. Sess. 25. palam afferimus: Sanctorum Martyrum, & aliorum cum Christo videntium sancta corpora, quæ viva membra fuerunt Christi, & templum Spiritus Sancti ab ipso ad aeternam vitam suscitando, & glorificanda, à fidelibus veneranda esse, per qua multa beneficia à DEO praestantur hominibus; imò etiam vestes, & alia, quæ quoquomodo ad aliquos Sanctos pertinent, honorandas esse: maximè autem crucem Christi, quam Dominus in guine proprio purpuravit, & eis etiam etiudem pictam, vel quocunque modo eò fine formatam, oportere singulari in aestimatione habere.

I.

Theologus Catholicus. Resolvo imò Reliquias Sanctorum religiosa veneratione esse dignas. Prob. primo ex Scriptura Deus ipse vult honorari Sanctorum suorum corpora, sic corpus Moysis per Angelos honorifice curavit sepe.

sepeliri (Deut. 34. ¶. 6.) qui adhuc invivis-
essa Patriarchæ Joseph ex Ægypto honorifice
transulerat Exodi 13. ¶. 19. Tactu pallij Eliæ
dividebantur aquæ 4. Reg. 2. ¶. 2. & s. Atta-
ctu ossium Elisæ mortuus ad vitam revocaban-
tur 4. Reg. 13. ¶. 21. Umbra Petri sanabat æ-
gros Act. 5. ¶. 15. per semicinctia, & sudaria
Pauli multa miracula siebant Act. 19 ¶. 11.
Ipse Isaïas Propheta prædicit sepulchrum
Christi fore gloriosum Cap. 11. ¶. 10. estique
postea à toto mundo visitatum. Si ergo Deus
ipse sic voluit Sanctorum corpora, & ipsas ut
dicam lacernas eorum honorari, & pro instru-
mento mirabilium operum usurpari, ratio cer-
te sufficiens est, ut nos Christiani corpora San-
ctorum, quæ fuerunt templum Spiritus Sancti,
organa animarum ad omne opus bonum, in-
strumenta propagationis gloriae Dei, tanquam
pignora Patronorum, exuvias Chariſſimorum,
trophæa triumphantium destinata ad gloriam
æternam debito cultu prosequamur.

Probatur 2dū, ex præcedenti propositione
ductō argumentō: si enim arca Testamenti
tanto cultu, & veneratione fuit honorata,
quanto magis reliquiae Sanctorum, per quæ
Deus usque ad hanc diem tanta miracula pa-
trare non desinit, testarique pergit, quod pro-
misit custoditurum se offa Sanctorum suorum
Psal. 33. ¶. 21. ad quid enim corpora tot sæ-
culis incorrupta?

Nec obstat illud Christi Phariseos reprehensio-

dentis Matth. 23. v. 20. *Va vobis, qui adificauis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta justorum; non enim ob honorem corporibus Sanctorum delatum arguuntur Pharisæi, sed ob scelera sua, per quæ consenserunt homicidio Majorum suorum, & illud complecturi erant per ipsius Christi, aliorumque ejus Sanctorum necem, ut patet ex Lucæ 11. v. 48.*
Testificamini inquit Christus, quia consentitis operibus Patrum vestrorum, quia illi Prophetas occiderunt, vos autem adificatis sepulchra. Et alibi Christus conqueritur de Jerusalem, quod occidat Prophetas, quis autem Christianorum honorat corpora Martyrum consentiens in necem eorum?

Nec obstat *zdd.* Moysis corpus esse occulatum, nè coleretur à Judæis; illi enim prouerant ad idolatriam, eratque periculum, nè sicut serpenti Divinos honores, ita Moysis corpori deferrent, hoc periculum autem cessat apud Christianos.

Nec obstat *3tiò.* Nullibi in Scriptura id esse præceptum expressè: sufficit enim haberi ibidem vestigium hujus cultus, & usque ad hæc tempora in Ecclesia cultum hunc esse usitatissimum, ut patet ex prima probatione.

Nec potest dici, quod per cultum reliquiarum cultus Divinus minuatur, quia sicut in humanis Princeps honoratur non tantum in amicis, & servis suis immediate honoratis, sed etiam in rebus omnibus ad eosdem pertinentibus,

bus, si eae æstimentur ob respectum Principis
v. g. per osculum vestibus ablegatio ejus impressum, ita certe & Deus honoratur. Sed placeat ad Augustinum referre quæstionem præsentem.

Augustinus Epist. 103. Reliquias B. Martyris Stephani, non ignorat Sanctitas vestra (sicut & nos fecimus) quam convenienter honore debeatam.

II.

Resolvo 2dō. Crucem in qua Christus pendit, venerandam esse, fuit enim ara summi sacrificij, & Christi crucifixi Heb. 7. v. 13. fuit scala ad regnum cœleste Joan. 12. v. 32. Phil. 2. v. 8. fuit instrumentum liberationis nostræ Joan. 3. v. 14. & 15. In ea Diabolum vicit Dominus, & de hoste triumphavit Colos. 2. Si ergo dignum fuit scabellum pedum ejus adorari P̄al. 98. v. 5. quanto magis Crucem Divino ejus sanguine Purpuream? cuius signum ipso die judicij apparebit Matth. 24. v. 20. ut hunc textum omnes SS. PP. cum S. Augustino interpretantur.

Probatur 2dō. Deus venerationem hujus crucis sibi gratam fore ostendit per miraculosam inventionem, & à Persis recuperationem ut fuse describunt Rufinus, Euseb. &c. & S. Ambrosius Orat. de obitu Theodosij: *Sapienter Helena egit, quæ Crucem in capite Regum levavit, ut Crux Christi in Regibus adoretur.*

Probatur 3tio. Aliæ res sacræ dignæ suæ

coleu, ut probatum est, ergo multò magis rerum materialium excellentissimum Crux Domini, quæ quamvis dolorem, & ignominiam Christo acculit, maiorem tamen longè gloriam, & lætitiam, ob quam digna est veneracione. Hujus enim figuræ fuerunt sanguis agni in postibus domorum Exodi 12. ut S. Augustinus L. de Catechizandis rudibus C. 20. memorat. Item illud Tau, quod Ezechielis 9. jubeatur describi in frontibus gementium ut S. Cyprianus, Hieronymus, aliique plurimi SS. PP. interpretantur. Crucis signum (teste S. Augustino, & tota illud usurpante Ecclesia) est signum Dominicæ passionis, ejusque memoriale, ergo digna est, quæ saepe usurpetur.

Hinc magna est Acatholicorum calumnia, quā Catholicos dicunt superstitionē, & magicē uti similibus characteribus; non enim ex pacto cum dæmone, sed ex promissione Christi, sicut utimur ipsis etiam Sacramentis ad effectus supernatorales, ita ejusdem Christi virtute confundimur signo crucis: primò ad morbos pellen-dos. 2dò. ad res quasdam sanctificandas. 3tò. ad fugandos dæmones, cùm enim hi vident instrumentum suæ debellationis, terrentur, non minùs quam eanis visō baculō, quō fuit percussus; Deinde hoc signum est invocatio quædam meritorum Christi signo tali expressa. Hinc ipsi infideles saepe leguntur hoc signo à dæmonis insultibus liberari: & S. Basilius ponit inter primas traditiones Apostolicas se signare si-

gn̄o Crucis. Athanasius L. de Incarn. Verbi signo Crucis inquit omnia magica compescuntur. Sed Augustino rem totam concordamus.

Augustinus Tract. 118. In Joann. Quid est quod omnes noverunt signum Christi nisi Crux Christi? quod signum nisi adhibetur, sive frontibus credentium: sive ipse aquæ, quæ regenerantur: sive oleo; quo Chrismate inunguntur: sive Sacrificio, quo aluntur: nihil eorum rite perficitur.

CONTROVERSIA XIII.

Quid sentiendum de Purgatorio?

Laicus Catholicus. Negant Nostri, ullum dari animabus vitâ functorum locum, præter Cœlum & Infernum; quanquam è nostris Calvinistis multi cum novis Arianiis negent, etiam Infernum defacto dari, verùm primò post dicim iudicij à Deo reprobis destinandum esse.

Laicus Catholicus. Nostri verò contra Aetianos etiam (ut testatur S. Augustinus & Epiphanius) asserunt dati purgatorium locum, ubi animæ justorum, in hac vita non sufficienter expiatæ, pœnam temporalem sustinent, priusquam ad cœlestia recipientur.

Theologus Catholicus. Resolvo dari Purgatorium, in quo animæ justorum pro culpis veniamib; veletiam mortalibus, in vita quidem remissis quoad culpam, non plenè tamen per sa-

tisfactionem expiatim quoad pœnam, justò Dñi
judiciò pœnam temporalem patiuntur.

Prob. 1mō. ex Scriptura. 2. Machab. 12. v. 43. dicitur: quod facta collatione duodecim milia drachmas argenti miserit (Judas Machabæus) ierosolimam offerri pro peccatis mortuorum. Quod factum approbatur ibidem v. 46. Sancta ergo & salubris est cogitatio, pro Defunctis exorare. ut à peccatis solvantur. Subsumo iam: sed non potuerunt orare pro constitutis in inferno, unde nulla est redemptio, néque pro illis, qui fuerunt in Cœlo, hi enim non debent solvi à peccatis, cùm nihil coquinatum intrare possit eò Apoc. 21. v. 27. Et hunc texum adeò clarum cùm aliter Acatholici respondere non possint, dicunt hos libros non esse canonicos, quos tamen tales agnovit tota Ecclesia, teste Gelasiô, Innocentiô &c. Juvat hic annexere verba Dionysij Areopagitæ, Discipuli S. Pauli Apost. qui Eccles. Hier. c. 7. sic ait: Accedens deinde Venerandus Antistes precem sacram super mortuum peragit & precatur oratione illa Divinam Clementiam, ut cuncta dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata defundo, eumque in luce statuat, & regione vivorum. Addo, quod Acatholici quamvis non adhibeant Plutarcho vel Curtio tantam fidem, quantam Evangelistis, si tamen aliquid de antiquitatis consuetudine hi Historici testentur, non inficiantur illis assenti, credant itaque saltem fide humanâ, ante Chri-

Christi adhuc tempora fuisse moris, apud Iudeos, orare pro mortuis.

Pro 2dō ex Matt. 12. §. 32. qui dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Si ergo in altera vita non esset remissio aliquorum peccatorum, non minus ridiculē loquutus fuisse Dominus, quam si quis diceret: Ergo neque in hac, neque in altera vita ducam uxorem. Atqui nec in Cœlo, nec in Inferno est loca remissionis peccati, ergo in purgatorio, titulus remissionis pœnæ.

Prob. 3tiō. Fortius ex illo textu obvio S. Pauli 1. Cor. 21. §. 15. Ipse salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Quem locum quamvis fateatur ipse S. Augustinus esse obscurum, quoad ea, quæ statum quæstionis hujus non concernunt, ipse tamen S. Doctor cum omnibus SS. Patribus afferit, hic de duplice classe justorum agi. Primo de perfectis qui immediate aureorū suorum operum in puritate intentionis exercitorum mercedem accipient. Secundo de imperfectis, quorum nœvi quidem bonis operibus immixti restant in igne purgante castigandi; & hoc sensu interpretantur etiam illud Isaiae 4. §. 4. Purgabit Dominus fôrdes filiorum Eccl. Spiritu judicij., & spiritu combustionis. Item illud Zach. 9. §. 11. Et Malach 3. §. 3. Lucæ verò 12. §. 47. dicitur. aliquos vapulaturos paucis, at de interni pœnis. cum eæ singularem, id afferi non potest, Ergo.

lum futurum Purgatorium, sed in p̄pij ibunt in supplicium æternum, justi verò in vitam æternam, cōsque tamen durabit Purgatorium.

Concedimus 4tō. Cum Latrone illo multos directè ire ad Cœlum, qui nimirūm per actus sive perfectæ charitatis, sive pœnitentiæ, & afflictionis, hic satisfecerunt, vel post baptismum morte præventi non peccarunt.

Concedimus 5tō. Juxta illud Sap. 3. v. 1.
Justorum animas non tangere tormentum mortis,
 nec inferni, imò nec pœnas temporales pati, si tales sint, qui juxta dicta, ex hac vita plenè expiati, discedunt, per opera ibidem à Sapiente enumerata.

Nec possunt Adversarij dicere, quod per mortem sufficienter plectantur justi pro reliquiis pœnarum, hæc enim pœna communis est etiam iis, qui reatum pœnæ nullum habent, & hōc modō etiam infideles satisfacerent pro peccatis suis, quod est apertè falsum. Sed nee per fidem solam satisfaciunt, actus enim hujus ranta efficacia gratis asseritur: deinde multi repente moriuntur sine ullo tali actu elicito, qui tamen sunt justi.

Concedimus 6tō. Nomen Purgatorij nullibi reperiti in scriptura, verūm ut probatum est, reperitur res significata per hoc nomen, sicut ergo SS. Trinitatem credimus propter rem in scriptura revelatam, tametsi nomen Trinitas non reperiatur in ea, ita Purgatorium.

Confirmatur resolutio nostra Iwō. Autho-
 ritate

ritate primitivæ Ecclesiæ, ipsi enim Apostoli: S. Petrus, Jacobus, Matthæus & Marcus, orabant pro defunctis, ut patet ex eorum lyturgiis. *ad*. hoc testantur primi Sæculi Patres: Clemens Romanus. Tertullianus. Origenes &c. Sed Augustini Authoritatem interpellamus.

Augustinus homil. 16. ex libris co. homil.
Qui temporalibus pœnis digna gesserunt, per ignem quondam purgatorium transibunt, de quo Apostolus inquit: Salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Item super Lib. 2 Machab. c. 12. In Machabæorum, inquit, libris legimus oblatum pro mortuis Sacrificium sed et si nusquam in scripturis veteribus legeretur, non tamen parva est universalæ Ecclesiæ, quæ in hac coniuetudine claret. Authoritas: ubi in precibus Sacerdotis, quæ Domino DEO ad ejus Altare funduntur, locum suum habet, commendatio mortuorum.

CONTROVERSIA XIV.

*Quid sentiendum de Indulgentiis
in Ecclesia Romano-Catho-
lica concedi solitis?*

Laicus Acatolicus. Tenetns cum Valdenses, Vickifistis, & Hussitis, non haberi potestatem in Ecclesia, ut ejus Pastor concedat Indulgencias.

Laicus Catholicus. Econtra nostri afferunt Divinitus esse concessam authoritatem Christi in ter-

in terris Vicario, thesaurum satisfactionum dispensandi, & consequenter Indulgentias concedendi.

Theologus Catholicus. Resolvo dari in Ecclesia potestatem concedendi Indulgentiam, quæ consistit in remissione pœnæ temporalis, debiti peccatis actualibus, post baptismum committis, & remissis quoad culpam extra Sacramentum facta, ex thesauro Ecclesiæ conflato ex satisfactionibus restantibus Christi, & meritis Sanctorum; idque tam quoad vivos, quam quoad defunctos, qui in Purgatorio versantur.

Prob. 1^o. Certum est ex præcedenti propositione, remissâ culpâ manere frequenter pœnam, sed hæc potest remitti per Indulgentias Ecclesiæ, quia Dominus dedit Ecclesiæ claves, Matth. 16. v. 19. Et Joan. 20. v. 22. Matt. 18. v. 18. promittens, quod quæcumque remiseritis super terram, erunt remissa & in Cœlis. Ergo. Quæ potestas cum sit adeò universalis, extendit se non tantum ad remissionem peccatorum, quoad culpam, in Sacramento, ut probatum est propositione 3^{ta}, sed etiam ad remissionem pœnarum, quæ retardant fideles a consecutione salutis æternæ.

Prob. 2^o. Usu Ecclesiæ perpetuō, sic ipso S. Paulus 2. Cor. 2. v. 10. Incestuoso feriam pœnitentiam agenti, rogatus à Corinthiis, ne severitatis argueretur Lex Evangelica, concessit Indulgentiam in Persona Christi, quem texum tota Ecclesia semper ita intellexit, testibus:

Bus : S. Chrysostomô, Ambrosiô, Anselmô,
Thomâ Aquin. &c.

Prob. 3*tiđ.* Sunt merita Sanctorum dignificata à meritis Christi satisfactoria pro peccatis membrorum Ecclesiae, ut habetur 1. Coloss. 1. N. 24. ergo possunt ea applicari pro remissione peccatorum, quoad poenam temporalem, adhuc à justo debitam, cum enim omne bonum opus præter vim meritoriam habeat etiam satisfactoriam in ipso Christo, etiam hæc vis satisfactoria semper manet in restantia. Nec obstat, quod forte irreplicaret quandoque abusus in promulgatione Indulgentiarum, ut eggerunt adversarij, per hoc enim non oppugnatur vis Indulgentiarum, sed Ministrorum; sicut à parti de Eucharistia, certum est, quæ per indignam sumptionem &c. non negatur dari. Nec hinc inferre licet, poenas has remitti à Pontifice, per potestatem principalem, Deo soli debitam, verum per participatam, & nomine Christi, imò ab ipso Christo.

Confirmatur hoc totum auctoritate Conciliorum (ut habetur in Ancirano, Can. 2. & 5. Conc. Nicæno, Romano, Constantiensi, Triburienensi) Item S. Cypriani, serm. 5. de lapsis. Et S. Hieronymi. Sed ad Augustini suffragium recurramus, qui Tertulliani veteris Scriptoris auctoritatem præmittit, & hortatur certam Personam, ut in sua Viduitate frequentet stationes, poenæsatisfactorias.

CONTROVERSIA XV.

*Quid sentiendum de Jejunio &
Abstinentia à certis
cibis?*

Laicus Acatholicus. E nostris Calvinistæ nonnulli propterea damnant omnem delectum ciborum, atque Jejunium; Lutherani vero approbant quidem Jejunia, sed arbitriæ duntur, ut suscipienda negantes, quenquam sub peccato ab Ecclesia posse ad id obligari.

Laicus Catholicus. Econtra sentiunt Noſtri, certos Jejunij dies ab Ecclesia præscriptos obseruare obligari unumquemque, legitimè non impeditum fidelem.

Theologus Catholicus. Resolvo, haberi potestatem in Ecclesia obligandi certis temporibus fideles ad Jejunia, & ad abstinentiam à certa specie ciborum.

Prob. 1^{mo}; Deut. 17. v. 12. Qui superbiērit, nolens obedire Sacerdotiis imperio, qui è tempore ministrat Domino DEO tuo, & decreto Judicis, morietur homo ille: Si ergo in veteri lege graviter delinquebat non obediens Sacerdoti, quanto magis in nova lege refractarius toti Ecclesiæ præcipienti Jejunia, meritò incurrat illud Christi: Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Matth. 18.

Prob. 2^{do}. Apostolus Rom. 13. v. 2. clarius declarat, quid sit resistere Altiori potestati: Sibi

ipſi nimirum damnationem acquirere. Et sub-
jungit †. 5. *Subditi eſtote non ſolum propter i-
ram, ſed etiam propter conſcientiam;* hoc eſt:
non ſolum ob metum poenae, ſed etiam culpe;
cum ergo omnis potefas a Deo ſit, præcipiens
subdito nomine ejus, non minus certe debet
audiri quam si immideatē ipſe præciperet, juxta
illud Luc. 10. v. 16. Qui vos audit, me audit,
qui vos fermit, me fermit.

Jejunia porro eſte ab Ecclesia, ab ipſo Apo-
ſolorum tempore determinata, clarissimè con-
ſtat ex omnibus Ecclefiae primitivæ Patribus:
Sic expreſſe habet Clemens I. Rom. S. Ignatius
Martyr. S. Cyprianus, Hieronymus, & pluri-
mi alijs. Quia verò cæteris patibus caro plus
aliis edolijs ad nutriendum eſt apta, hinc ad
edemandam carnem hanc ſaltem edulij speci-
em universaliter prohiberi certis diebus pru-
denter censuit Ecclesia. Cæterū cur hoc ſic,
illud aliter in Ecclesia ab initio practicatum fit,
inſolenti Crítico bene reſpondet S. Auguſtinus:
Inſolentissima infania eſt, inquit, diſputare, an
*faciendum fit, quod tota per orbem frequentat Ec-
cleſia.* Ep. 118. Jejunia certe ab ipſis Apoſtolis
eſte iuſtituta, vel ex eo pater, quod ipſi adver-
ſarij ne queant tempus affiſſare, quod ea ſint in
Eccleſiam introducta primū.

Nec obſtar imò illa inveſtiva S. Pauli 1.
Tim. 4 v. 1. & seq. ubi prædicit quosdam di-
ſeſſuros a fide, prohibitur oſque nubere, abſti-
nere

nere à cibis, &c. quòd enim hic textus non concernat Catholicos, patet, ex ly prohibentium nubere, Ecclesia enim non prohibet nubere, diliguntur ergo ad Marcionistas, & Manichæos, qui nuptias & certos cibos in perpetuum abominabantur, & non certis tantum temporibus; hinc vinum dicebant Manichæi esse Dœmonis creaturam.

Nec obstat 2dō. illud Christi Domini Matt. 15. v. 11. *Non, quod intrat in os, coinquiat hominem.* Certum enim est, spiritum per cibi carni materialem sumptionem non posse coinqinari, at bene si sumatur ut prohibitus, cum prava scilicet concupiscentia & inobedientia; alias si universaliter dixisset Dominus de omni cibo, tunc licuisset Christianis carnes de victimis idolorum, & suffocata contra prohibitionem tunc Apostolicam comedere. Hinc etiam Discipulis dum dixisset Dominus Luc. 10. v. 8. *Manducate, quæ apponuntur vobis, nil aliud, quam frugalitatem voluit commendare.* S. Paulus verò consulens, ea, quæ in macello vaneunt, manducare, non exclusit debitam consuetudinem jejunandi certis temporibus. Sed Augustino quæstio hæc definita committatur.

Augustinus Ep. 86. ad Cæsulanum: Ego in Evangelio & Apostolicis litteris &c. video præceptū esse jejunium. Et serm. 62. de tempore: In Quadragefima non jejunare peccatum est.

CONTROVERSIA XVI.

Quid de Cæremoniis in Ecclesia Romana usitatis sentiendum?

Laicus Acatolicus. Rectè docent nostri, hos exorcismos, exsufflationes, cruces, benedictiones olei, cinerum, cereorum usus aliósque ritus à Catholicis usurpari solitos esse meas superstitiones & imposturas, ut novissimè Nostri in Concilio suo Rosenbergensi condemnarunt.

Laicus Catholicus. Imò verò hæc omnia ab Ecclesia ordinata, longóque jam & piò fideliūm usu approbata, sunt Dño grata, meritoria, & Scripturæ maximè consona.

Theologus Catholicus. Resolvo: Cæremoniæ ab Ecclesia rectè institui, & antiquas piè retineti.

Prob. Licitum erat Ecclesiæ Veteris Testamenti, ritus, & certas cæremoniæ ad Dei cultum instituere, ut patet ex Judith. 16. v. 31. Esther 9. v. 21. Et 1. Machab. 4. v. 59. Ergo & modernæ Ecclesiæ in Lege gratiae; cùm cæremoniis & ipse Dominus usus fuerit Lucæ 7. ¶. 14. Et accessit, & tetigit loculum. Cap. 4. ¶. 40. At ille manus singulis imponens curabat eos. Marci item 7. v. 33. & 34. Surdum, mutum sanavit, mittens digitos in auriculas, & expuens, tangénsque linguam ejus &c. dicens:

Ephe-

Ephes, quod est: ad sperire. Sed an non hæc poterat perficisse solâ internâ voluntate? Sic pompa & palmas minimè prohibuit turbæ, ingrediens Hierusalem: Simile habetur Marci 8. v. 25.

Prob. 2d. ratione: per has enim cæremo-
nias fideles ad pietatem excitantur, rudes de
mysteriis fidei vivaciùs instruuntur, atque di-
scurrendo per singulos ritus Ecclesiæ, omnes
illi vel novissima, vel passionem & mortem
Domini, vel pœnitentiam, vel futuram beatifi-
tudinem adumbrant, atque in memoriam re-
vocant.

Deinde hæc signa, quæ sunt quædam protec-
statio fidei, ex institutione Ecclesiæ vim ha-
bent (licet non ex opere operato, causandi
gratiæ, sicut Sacra menta) ex opere operan-
tis tamen ad plurima bona tam spiritualia
quam corporalia consequenda, & mala arcen-
da, respiciente Christo Ecclesiæ dilectæ suæ
sponsæ intercessionem, cujus in persona hæc o-
mnia peraguntur. Et, quæso, ipsi Domini
Acatholici, si cæremoniis cœlent non uten-
dum, cur adhibent Patronos? cur manè com-
municant? &c. cum hæc nulki bi præcipiantur
in scriptura? Patet id ex usu primitivæ Eccle-
siæ, testimonio SS. PP. Hier. Cytilli, Basiliij,
Ambr. &c. At hoc in genere cedamus defini-
tivam August.

*Augustinus contra Julianum & Pelagianos
1.2.c.2. Exorcismus, & exufflatio parvulorum
est antiquissima Ecclesia traditio.*

CONTROVERSIA XVII.

Quid de reprobatione Impiorum, & Libero arbitrio sentiendum?

Laicus Acalholicus. Nostri, præsertim qui Calvinum sequuntur, sentiunt: eos homines, qui reprobati sunt, independenter à suis demeritis reprobari ad pœnam æternam, adeoque non pro omnibus esse Christum mortuum, sed solum pro prædestinatis. Liberum autem arbitrium in statu naturæ lapsæ esse extinctum & necessitari vel à concupiscentia, vel à gratia hominem; sed neque huic aut illi posse quemquam resistere. Ut Calvinus L. 3. Institut. c. 21. 22. & 23. fusè concludit.

Laicus Catholicus. Econtra Nostri firmiter credunt, DEUM, nullum positivè decrevisse, non prævisis demeritis addicere suppliciis æternis, adeoque non voluntatem Dei purè decernentis, sed peccatum delinquentis esse causam mortis æternæ. Afferunt autem Christum pro omnibus etiam non salvandis esse mortuum, nec sublatum esse liberum arbitrium hominibus, posséque tam gracie. quam tentationi undecunque ortæ liberè dissentire.

I.

Theologus Catholicus. Resolvo Imd. DEUM æternō & immutabili decreto nullum ad mortem

tem æternam destinasse, sine respectu aut prævisione peccati Ipsiœ, originalis, aut actualis.

Prob. 1^{mo}, DEUS omnes vult salvos fieri,
ergo nullus sine suis demeritis est reprobatus.
Antec. prob. ex scrip. Ezech. C. 18. ¶ 23.
*Numquid voluntatis meæ est mors impij? dicit
Dominus DEUS.* & non ut convertatur & vivat?
1. Tim. 2. v. 4. DEUS omnes vult salvos fieri.
2. Pet. 3. v. 9. Noiens aliquos perire, sed omnes
ad pœnitentiam reverti.

Vide ergo mi Lector, qualiter cohærent hi
textus cum Calvini sententia, dicentis in Rom.
8. v. 18. Salomon docet, *impios ipsos destinato*
creatos, ut perirent. Cūm insuper Christus dica-
tur *Semetipsum dedisse pro omnibus redemptio-*
nem 1. Tim. 2. v. 6. Et 2. Cor. 5. v. 15. pro o-
mniibus mortuus. Et 1. Tim. 4. v. 10. *Salvator*
omnium. Et clariūs 1. Joan. 2. v. 2. *esse propi-*
tatio non tantum pro peccatis aliorum, sed
etiam pro totius mundi.

Prob. 2d. Deus est justus, & in hac providentia miserationes ejus super omnia opera ejus, ut scriptura testatur, ergo non potuit sine demeritis quenquam reprobare. Quam consequentiam Augustinus in argumentum deducit: Bonus, inquit est DEUS, justus est DEUS, potest sine bonis meritis liberare, quia bonus est: non potest sine malis meritis damnare, quia justus est.

Confirmatur: Ex hac enim Adversariorum sententia oritur desperatio, & ad omne scelus licentia effrænis, qui enim eorum se electos

futuros censem, in omne scelus se tuere posse
judicant, ut quibus electis filiis haec nihil sint
nocitura: si vero reprobri fuerint, nil opera
bona profutura. Porro textus a Calvinistis pro
suo errore citati, non agunt de positiva repro-
batione, vult enim scriptura solum ostendere,
opera infidelium nullum modum posse mereri, po-
sitivè movendo Deum ad conferendam fidēi
gratiam. Sed ad calculum Augustini res haec
revocetur.

Augustinus. Omnium, inquit, hominum DE-
US Creator est, sed nemo ideo ab eo creatus est, ut
pereat, quia alia est causa nascendi, alia pereundi.
Ut enim nascantur homines, est beneficium, ut au-
tem pereant, prævaricatoris est vitium.

II.

Resolvo igitur, dari in natura lapsa liberum
arbitrium, eligendi opus gratiæ, vel naturæ.
Eccles. enim 15. v. 14. dicitur a Deo reliquias
homo in manu consilij sui. & potestatem eli-
gendi bonum & malum, ei esse concessam. Cum
autem duplex sit libertas, alia ad actiones, quæ
pendent a puris naturæ viribus, v. g. sedere,
stare, ludere, vel etiam virtutes naturales ope-
rari; alia autem libertas sit ad actiones super-
naturales, quæ pendent a viribus gratiæ, ut cre-
dere, sperare salutariter. Priorem libertatem
nos habere docet experientia; secundam quod
attinet, certum quidem est, nos nihil posse in
haec linea operari sine gratia (Joan. 15. v. 5.

Et

Et 2. Cor. 3. v. 5.) nec gratiam habere, seu ut nobis pro libitu detur, esse in nostra potestate (Rom. 9. v. 16.) esse tamen nobis liberum, habitâ gratiâ, operari, vel non operari.

Quod prob. Dicit enim S. Paulus : non operari nos ex necessitate. 2. Cor. 9. v. 7. Et alibi dicit : nos esse adjutores DEI. 1. Cor. 3. v. 8. & 9. Item Prov. 1. v. 24. dicit Dominus. Vocavi & renuiſtis &c. Multi enim moventur a DEI gratia, pauci cum ea operantur, hinc monet S. Paulus 2. Cor. 7. v. 1. Ne gratiam DEI in vacuum recipiamus. Act. item c. 7. v. 51. dicebat S. Stephanus Judæis. Vos semper Spiritui Sancto resistitis. Atqui, nisi pro libertate sua possit quis gratiæ consentire, aut temptationi, hæc scriptura non verificatur. Quis enim Spiritui Sancto resistere potest, ipso Spiritu Sancto illum ad id necessitante ? sic enim Spiritus Sanctus sibi ipsi contradiceret, dum vocantem gratiam offerendo homini, illum ad resistendum sibi volens determinaret, ergo qui resistit, aut gratiam reddit inefficacem, liberè & volens id agit.

Et certè, si daretur in homine necessitas ad bonum, habitâ gratiâ, vel necessitas ad malum in occasione temptationis, immerito laudarentur justi ab hac bona electione. Eccles. 31. v. 1. Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit. Quod utique liberum arbitrium sonat. Ergo.

Hinc notandum est, omnes textus, quos profecit adversarij, loqui de libera gratiæ da-

tione, independenter à nostra voluntate, gratis facta, non autem de libera cooperatione nostra ad gratiam jam datam, quam certè nulli mortaliū negat Deus sufficienter, ex universalī illa voluntate, quā vult omnes salvos fieri. 1. Tim. 2. v. 4. Et Joan. 1. v. 9. Apoc. 3. v. 20. Sed dirimat litem Augustinus.

Augustinus L. de Spir. & lit. Consentire, inquit, vocationi, aut non consentire, propriæ voluntatis est, neque voluntatis arbitrium ideo tollitur, quia iudatur. Et *L. de quantit. anim. c. 36.* Datum est homini liberum arbitrium, quod quā nugatoriis ratiocinationibus labefactare conantur, usque ad eō cœcisunt, ut ne ista quidem vanas ac sacrilega, propriā se voluntate dicere intelligant.

CONTROVERSIA XVIII.

Quid de Fide, & bonis operibus sentiendum?

Laicus Acatolicus. Nostri, qui Calvini & Lutheri genuinam mentem sequuntur, dicunt fidem solam justificare sine ullo exercitio bonorum operum meritoriorum vitæ æternæ.

Laicus Catholicus. Nostri verò docent fidem solam non sufficere ad salutem, adeoque ad consecrationem salutis esse necessaria etiam bona opera exercita dependenter à gratia Christi.

Theologus Catholicus. Resolvo. Fidem solam sine operibus non sufficere ad salutem. Prob.
1mō.

imd. ex script. Sic Jacobus in sua Epist. C. 2. §. 24. ait: *ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantum.* Quam Epistolam esse canoniam, Augustini testimonio, tota Ecclesia, ejus receptione, ab initio usque huc tenet; quidquid adversarij dicant. Sic & Paulus 1. Cor. 13. v. 2. quem maximum alias patronum suæ sententiæ venditant, ait: *si babuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* Si nihil, quomodo ergo potest esse hæres æternæ gloriæ? Rom. autem 2. v. 13. Non enim auditores legis justi sunt apud DEUM, sed factores legis justificabuntur. Et Gal. 5. v. 6. Requirit fidem, quæ per charitatem operatur.

Hinc pro solutione omnium textuum ex Epistolis S. Pauli ab Adversariis pro se citari solitorum (v. g. *Arbitramur justificari hominem per fidem sine operibus legis.* Rom. 3. v. 25. Et Gal. 2. v. 16. *Non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem IESU Christi &c.*) bene advertendum, ab Apostolo intelligi fidem, ut hæc excludit opera Legis Mosaicæ cæremonia-
lia, & à Gentibus ante fidem facta, hæc enim omnino non possunt esse ulla positiva disposi-
tio ad justificationem. Cæterum si Apostolus solam fidem intellexisset, exclusis etiam ope-
ribus per gratiam Christi factis, tunc non dixisset Rom. 2. v. 6. Deum redditurum cuique se-
cundum opera sua. Et 1. Cor. 3. v. 8. Merce-
dem secundum laborem suum, sed: secundum

fidem, quod tamen non expressit, ergo.

Prob. 2d. Ipse enim Dominus in die iudicij neglectis etiam fidelibus (qui caruerunt bonis operibus in vita, quamvis etiam miracula patrarent, mercedem denegavit, ut videtur est Matth. 7. v. 22. ut & ii, qui sola fideli lampe contenti, oleum charitatis neglexerunt Matth. 25. v. 12.) repulsam passi sunt, opera ergo charitatis exercentibus daturus est mercedem, ut ibidem legitur v. 35. Et Matt. 20. v. 8. non credulis, sed operariis jubet Dominus mercedem dari. Ergo.

Nec evincunt quidquā illa verba Domini ad patrem puellæ defunctæ prolata Luc. 8. v. 50. *Crede tantum, & salva erit.* Hic enim esse sermonem de fide mitaculorum, non autem salvifica, & remissiva peccati, patet ex contextu, quam sœpe etiam alias Christus Dominus extorquere voluit à potentibus sanitatum restitutioinem; & quamvis Christus dixerit: faciem omnia, quæ præcepta sunt, debere se iniuriam servum profiteri, Luc. 17. v. 10. cùm nemō id propriis viribus solis, sed cooperando gratiæ, præstare possit, nec Deo inde ullum emolumentum possit accedere: nihilominus præmiare se servum talem mercede asserit Matth. 25. v. 23. & sibi fore tale vas utile 2. Tim. 2. v. 21.

Certum est igitur, eum, qui credideit, & baptizatus fuerit, juxta Domini promissum, apud Marc. 16. v. 16. salvum futurum, fitamen.

*men permanserit non tantum in fide, sed etiam
in dilectione, juxta illud: 1. Tim. 2. v. 15.*

Certum est 2^{dd}. satisfactionem Christi esse infinitam, & merita Ejus valoris infiniti, sed non prodesse in actu secundo adultis, nisi sibi ea applicent per Sacra menta, & opera bona; atque ex hoc nihil decedit authoritati Redemptoris, quod partialiter etiam opera nostra requirantur, sicut nihil decedit per hoc Deo, primae causæ, quod ei cooperentur causæ secundæ. Quod hoc assertum senserit S. Paulus, patet Coloss. 1. v. 4. ubi inquit: *adimptos eis,
qua desunt, passionum Christi.* Et est argumentum ad hominem, ecce enim dicunt adversarij, debere applicari merita Christi per fidem, si in actu secundo jam sunt unicuique applicata per Christum sine nostris operibus?

Certum est 3^{tiò}. opera nostra non esse condigna ad futuram gloriam, Rom. 8. v. 18. Si spectetur momentum laboris nostri, & æternitas præmij, sunt tamen condigna, si spectetur gratia habitualis, reddens nos amicos, & filios Dei, & suppositum dignum præmiō, ob opera bona a nobis facta. Sie ipse Apostolus ait: dignos esse nos regnū DEI, pro quo patimur. 2. Thess. 1. v. 5. Et nostram patientiam gloriae pondus operari in nobis testatur 2. Cor. 4. v. 17. Consentaneum igitur est, opera bona justorum non esse putè signa justitiae in nobis existentis, sed habent se tanquam labor ad mercedem.

Infertur hinc, falsarium fuisse Lutherum,

dum textui illi scripturæ apud Paulum dicentem : *Arbitramur enim justificari hominem per fidem adderet : solam*, in commentario suo, & versione ; cùmque Catholicus quidam hoc ei crimen objiceret, respondit, ut habetur in Tomo 4to Operum Germanicorum excuso Wittemb. Añ. 1551. fol. 47. *Doctor Martinus Lutherus vult sic habere, & dicit : Papistam & Afinum rem esse unam ; sic volo, sic jubeo, sit præ ratione voluntas, nolumus enim Papistarum scolares esse, sed judices ; Lutherus ita vult.* & ait : *se Doctorem super omnes Doctores totius Papatus &c.* Quod ejus factum & verba ansani hominis sint ? & qualem Evangelij justa prædicatio requirit, & missio à Deo facta ? ipsi adversarij sint judices. Sed, quid de hoc decernat Augustinus, videamus.

Augustinus Lib. de fide & operibus, Cap. 14. Executiendum est à cordibus religiosis, ne mala securitate sanitatem suam perdant, si ad eam obtinendam solam fidem sufficere, putaverint.

CONTROVERSIA XIX.

Quid sentiendum sit de Scriptura, Traditionibus, & Judice Controversiarum?

Laicus Acatholicus. Nostri assertunt : Scripturam esse claram omniaque creditu necessaria continere, nec oportere ullas Traditiones admit-

admitti; Judicem autem controversiarum al. dicunt esse scripturam sacram, alij spiritum pri- vatum prædestinatis datum.

Laicus Catholicus. Nostri contrà dicunt: Scripturam sacram multis in locis esse intellectu difficilem; admittendas item esse Tradi- tiones tam Apostolicas, quam Ecclesiasticas; si- eut & Scripturam minime esse Judicem con- troversiarum: hoc siquidem spectat ad Eccle- siam Christi sumptam cum suo capite visibili, seu summo in terris Christi Vicario.

I.

Theologus Catholicus. Resolvo 1^o. Scriptu- ram sacram esse intellectu difficilem. Prob. 1^o. ex Script. Christus Dominus ad perpe- tuos scripturæ interpres Pharisæos ait: *Erran- tis non scientes scripturas* Marci 12. ¶. 24. Pe- trus in sua Epist. 2. c. 3. ¶. 16. de Epistolis Pauli fatetur, quod in illis sint quædam intellectu dif- ficia, quæ indocti & instabiles depravant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perdi- tionem.

Prob. 2^o. ab experientia ipsorum adver- sariorum si enim adeò intellectu facilis est, cur unum eundemque textum v. g.: *hoc est corpus meum*, tam diversimodè explicant Luth. à Calv. dissentientes?

Sed capiant obscuritatis ejus experimentum Adversarij, & stante, ut vocamus, pede, expli- cent mihi contradictorios, ut apparet, textus

scripturæ, si facilis est intellectu. iud. quidem: 3. Reg. 8. habetur: *In arca non erat aliud, nisi due tabulæ lapideaæ, quas posuerat in Moyses in Horeb.* Et tamen ad Hebr. 9. oppositum habetur: *In arca erat urna habens Manna. & Virga Aaron, quæ fronduerat. & tabula testamenti.*

2d. Christus dicit de se Joan. 5. Si ego testimonium perhibeo de me ipso testimonium meum non est verum. Et tamen paulò post, nempe Joan. 8. dicit oppositum: *Etsi ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum.*

3t. Joan. 20. dicitur: *Maria Magdalena venit ad monumentum, dum adhuc tenebrae essent.* Et tamen alter Evangelista oppositum refert Marci 6. *Venit, inquit, ad monumentum orto jam sole.* Edifferat has Sphinges Oedipus. Acatholicus stante pede, vel det vietas veritati manus.

Porro quoscunque textus Acatholici pro se afferunt, nihil aliud significant, quam quod verbum Dei bene intellectum, dirigat homines ad vetam & rectam salutis viam. Psalmus 118. §. 130.

Ridiculum etiam est dicere solis prædestinatis esse concessum hunc spiritum intellectus. iud. enim experientia compertum est hunc Acatholicon spiritum multa contradictione de eodem textu docere: 2d. Quia multi Prædestinati falsi sunt se non intelligere scriuntur, ut

in prima probatione ostensum est, & illud Ecclesiae lumen Augustinus non veretur fateri Epist. ad Ieanuarium: *In ipsis inquit Sacris Scripturis, nescio multò plura, quā nō scio.* Et S. Hieronymus dicit Epistolam ad Romanos nimiis obscuritatibus esse involutam.

Hinc perspicuum est non expedire unicuique idiotarum Scripturam legere & interpretari, & Ecclesiam cautissimè prohibuisse Laicis Scripturam præcipue ab Hæreticis depravatam legere ob periculum subversionis omnium Hæretiarum exemplo manifestum.

II.

Resolvo 2dd. Admittendas esse Traditiones in Ecclesia. Prob. 1mō. ex script. 2. Thess. 2. N. 14. ait Paulus: *Itaque fratres state & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per Epistolam nostram.* Item jubet idem Apostolus cavere fratres qui non ambulant secundū traditiones, quas acceperunt ab Apostolis, & 1. Cor. 11. N. 34. ait: *Cetera cùm denero disponam, quid autem disposuerit nullibi scriptum est, & tamen proculdubio erant necessaria.* Sic Joannes in Evangelij sui fine faciet multa non esse scripta, quae à Christo gerita sunt.

Prob. 2dd. Sunt aliqua ad fidem necessaria & salutem, quæ Scriptura non habet, nec potest habere, cùm illa de seipsa non possit testificari. Sunt autem præcipue hæc tria: 1mō.

quod Scriptura, veteris & novi Testamenti sit Verbum Dei. 2d. quod ea manerit usque huc incorrupta, praesertim in iis, quae ad fidem & salutem necessaria sunt. 3t. quod habemus verum & genuinum ejus sensum. Praeter haec plurima alia credimus, quae tamen in Scriptura expressè non habentur v. g. Processio nem Spiritus S. à Filio : quod infantes sint baptizandi : quod ad formam baptismi requiriatur pronunciatio vocalis verborum &c. Igitur infero haec omnia usque huc in Ecclesia credita non perseveraverunt, nisi mediante traditione ab Apostolis emanata.

Prob. 3t. à priori : eadem est authoritatis Divinæ infallibilitas, sive revelet aliquid verbo, sive scripto, (ut patet inductione à parti in mandatis Principum vivâ voce vel scripto quidpiam imperantium) ergo æqualiter sunt admittendæ Traditiones Divinæ & Apostolicæ sicut scriptura. Sunt enim tam bene verbum Dei traditum, quam haec sit verbum Dei scriptum. Et quæro ab Adversariis: Unde sciunt Evangelium v. g. Matthæi esse Verbum Dei contra Marcionistas & alios Hæreticos, non esse autem tale, Epistolam Lacedæmoniorum ; nisi ex Traditione Ecclesiæ ?

Accedit quod Evangelium Christi prius vocé & traditione mediante prædicatum sit, quam scripto consignatum ; Matthæus enim noari oðavo post Domini mortem anno suum scriptus. Quod aperte confirmat Paulus 1. Cor 11. dicens :

dicens: Laudo vos Fratres, quod per omnia mea
memores estis. & sicut tradidi vobis, præcepta
mea tenetis. Sed quid multis est opus: ad Au-
gusti testimonium appellemus.

Augustinus Lib. 2. de Bapt. C. 7. *Multa non
inveniuntur in Literis Apostolorum, nec in Con-
ciliis; tamen quia custodiuntur per totam Ecclesi-
am, non nisi ab ipsis Apostolis tradita creduntur.*

III.

Resolvo 3tiò. **Judicem Controversiarum**
. religionem concernentium, esse Ecclesiam cum
suo capite, qui est Christi in terris Vicarius.
Prob. 1m̄. Ecclesia est Respublica optimè or-
dinata, ergo debet habere aliquem Judicem li-
tium in ea ortarum, (*Ubi enim non est gu-
bernator, populus corruet. Prov. 11. v. 14.*) &
quidem visibilem, ad quem pateat accessus,
talis fuit Moyses apud populum Israël Exod.
18. & post illum Sacerdotes, quos jubet Deus
sub gravi interminatione audi, Deut. 17. v. 9.
& seq. quod ipse Dominus confirmat Matth.
23. §. 3.

Subsumo iam: Atqui talis Judex in Ecclesia
non potest esse Christus utpote invisibilis; nec
Scriptura, hæc enim est quidem regula, & nor-
ma sententiæ ferendæ, decisio tamen de ipsius
etiam sensu debet fieri ab alio Judice, ut patet
in legibus politicis, ergo. Deinde si Scriptura
statuatur pro Judice, omnes Hæretici procla-
mabunt suam sententiam esse approbatam, cùm

singuli Hæresiarchæ suum fundamentum ex Scriptura male intellecta desumant.

Sed nec spiritus privatus potest esse Judex ut dictum est, habet enim resolutiones sibi oppositas, decidit enim in corde Lutheranorum in Eucharistia esse realiter praesens Corpus Domini, in corde autem Calvinistarum esse tantum ejus figuram: Accedit quod hic spiritus sit suspectus de sua legitimitate 1. Joan. 4. v. 1. ergo non potest esse Judex.

Probatur 2d. hæc resolutio positivè: Christus Dominus suæ Ecclesiæ & præcipue ejus capituli dixit: *Tibi dabo claves Regni Cœlorum: & quodcumque ligaveris &c.* Matth. 16. Sed ad has claves pertinet etiam potestas decisiva in controversiis doctrinæ, ergo: dicit item Matth. 18. v. 17. Incorrigibilem deferendum Ecclesiæ, & subjungit: *Si Ecclesiam non audiverit, sit tibi sicut Ebnicus & Publicanus,* ergo inferno non spiritum privatum aut quid aliud, sed Ecclesiam & ejus Caput esse consulendum in rebus controversiis ad fidem spectantibus, de Ecclesia enim dicitur 1. Tim. 3. v. 15. *Ecclesia DEI vivi columna & firmamentum veritatis, & quod portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Matth. 16. v. 18.

Prob. 3t. praxi Ecclesiæ primitivæ; sic licet ab ipso Paulo potuisse decidi lex de Ceremoniis, tamen ad Concilium Apostolicum res est delata Anno Christi 35. Iten lex de die Paschatis celebrando ab omnibus Christianis delata

delata est pro decisione Victori Pontifici Anno 198. De Baptismo ad Concilium Romanum reursum est Anno 255. Sabellianorum error condemnatus à Concilio Alexandrino per Sylvesterum Papam approbatō 314. Annō. Arianoīum hæresis à Conc. Nicæo Annō 328. ab eodem Sylvestro approbatō, & sic usque ad hodiernum diem omnes Hæreses aut à Conciliis, præsidente Rom. Pontifice, (vel per se vel per suos legatos). aut etiam extra Concilium ab ipso Papa, tanquam capite Ecclesiæ sunt condemnatae.

Quæ objectiones afferri solent in hoc punto facile diluuntur hâc unicâ animadversione, quod Ecclesia ejusque caput visibile non sunt Legislator vel Judex supremus. verum à Deo habent potestatem & infallibilitatem, Christi potestati subordinatam ejusque infallibili per Spiritum S. assistentia innixam, quæ nec derogat ipsi Scriptura authoritati (sicut Judicis Politici sententia decisiva non derogat Legi civili) nec homines natura sua defectibiles arguit per se infallibles, sed per accidens, ob promissionem Dei de hac infallibilitate factam essentialiter infalsificabilem. Sed ipsam Augustini decisivam videamus.

*Augustinus Lib. contra Crescentium C. 23.
Qui quis falli metuit obscuritate questionis, Ecclesiam de illa consulat.*

CON-

CONTROVERSIA XX.

*Quæ sit vera Christi Ecclesia,
Et an extra eam possit ob-
tineri salus?*

Laicus Acatolicus. Nostri variè sentiunt in hac quæstione; Alij enim dicunt suam tantummodo esse Ecclesiam Christi, & in ea sola dari salutem: Alij dicunt in omnibus Sectis etiam Turcarum esse actualem Ecclesiam ex Prædestinatis solis conflatam, iuxta illud: *Nos ita Domini sunt qui sunt ejus.* Alij denique dicunt solos & omnes Christianos qui SS. Trinitatem credunt, habere veram Ecclesiam, quamvis in aliis articulis dissentiant, & eos, modò bene vivant, posse salvari.

Laicus Catholicus. Nostri vero universim asserunt solam & unicam Romanam Ecclesiam (sumptam pro Congregatione fidelium Pontifici Romano subjectorum) esse veram Christi Ecclesiam, nec ulli posse salutem obtingere extra eam constituto.

Theologus Catholicus. Resolvo solam Romanam Catholicam Ecclesiam esse veram Christi Ecclesiam, in qua salus æterna potest obtineri, Antequam resolutionem hanc probem, præmeto, hic mihi esse negotium cum iis qui agnoscunt verum DEUM gubernantem hoc Universum, ad eoque etiam exigere ab hominibus cultum sibi debitum præstat: eò potro fine insti-
tuere

tuere oportebat certam Religionem, ut in ea
juxta ejus beneplacitum colatur: si instituit
igitur, ut certum esse debet omnibus Gentibus,
debuit profecto ordinare simul aliqua signa &
indicia, per quae illa Religio à falsis Sectis possit
discerni, alias in Deum totus error redundaret,
qui præfixerit hominibus scopum & terminū,
media autem & viam eō pervenienti denegā-
rit, quod dicere de providentissimo, & hoc ipso,
Sapientissimo Numine est impium.

Cum itaque Deus obligārit homines ad ve-
ram Religionem præ falsa amplectendam, sine
nota insipientiae & injustitiae non potuit relin-
quere veram Religionem sine certis notis &
moraliter evidentibus, quibus sedato & since-
ro animo expensis, quivis rationis compoſeāam
possit agnoscere. Hinc etiam in Veteri Testa-
mento (ut in Moysè, Elia, Daniele &c. con-
tigit) insurgente quovis Religionum confli-
ctu, Deus ea veræ Religionis semper signa sta-
tuit, quae facile omnem adversæ partis probabi-
litatem elidere potuerunt: Infero igitur etiam
in præsenti dari debere ea signa veræ Religionis,
siquidem in præsenti, ducta rationis agno-
scimus necessariam esse cultui Divino præstan-
do certam Religionem. Neque enim hic cum
Athenis rem habeo.

Ne verò multis obruam adversarios sex-
dunaxat afferam Ecclesiæ veræ signa in novo
Testamento à Christo constituta. Et in d. qui-
dem quod ea debeat esse perpetuò usque ad
con-

consummationem sœculi Visibilis : zdd. Una
ztiæ. Sancta. 4tò. Catholica. 5tò. Apostolica.
6tò. Infallibilis & ab omni errore immunis.
Dum verò hæc singula probavero nulli præ-
terquam Ecclesiæ Romano-Catholice conve-
nire , ultimò probabo extra hanc nulli posse
obtinere salutem, & ut ordinatius res procedat
singula hæc , singulis punctis expediam.

I.

De Visibilitate Ecclesie.

ECclesiam Christi debere esse visibilem pro-
batur imò. ex scriptura, quæ eam com-
parat rebus maximè conspicuis v. g. monti ma-
gno, qui impletiv universam terram Dan. 2. v. 36.
Regno diffusò à mari usque ad mare Psal. 71. v. 8.
Throno sempiterno. Soli & Luna Psal. 88. v. 30.
& 38. Areæ spatiofissima Matth. 13. v. 14. &
ibidem v. 47. Sagen & capacissime. Quæ omnia
sunt absque dubio visibilia. Imò expressè in
Scriptura Ecclesia semper sumitur pro congrega-
tione hominum visibilium. Sic Num. 20.
v. 4. dicitur : Cur eduxistis Ecclesiam DEI (po-
pulum Istaéliticum) in Solitudines ? Item 3.
Reg. 8. v. 14. sumitur pro eodem populo. Me-
moratur deinde Paulus Act. 18. v. 22. Salutasse
Ecclesiam, certè non invisibilem ; dixisse verò
ibidem C. 20. v. 28. Attendite vobis & uni-
verso gregi, in quo vos posuit Spiritus Sanctus Epi-
scopos regere Ecclesiam DEI, quam acquisivit San-
guine

guine suo. Quomodo autem regent Ecclesiam
invisibilem, quomodo attendent gregi nisi sit
visibilis? Item Rom. 10. v. 17. afferit Apo-
stolus in Ecclesia debere esse missionem, præ-
dicationem, auditionem Verbi Divini. Af-
fignat item Eph. 4. v. 11. visibilia Ecclesia
membra: *Apostolos, Prophetas, Evangelistas,*
Pastores & Doctores, ad consummationem San-
ctorum in opus ministerij, in ædificationem Cor-
poris Christi. Atqui hæc omnia sunt quid vi-
sibile sive personas consideres, sive actiones
Ministeriæque Pastorum & Doctorum,
ergo.

Confirmatur auctoritate plurimorum PP.
qui uno ore cum Augustino infra citando asse-
runt Ecclesiam Christi esse, fuisse, futuramque
semper visibilem.

Probatur jam, nullam præter Ecclesiam Ro-
manam fuisse visibilem: quia etiam juxta Ad-
versarios per xii. Sæcula latuit eorum Reli-
gio, & primò per Lutherum, Calvinum &c.
sunt in lucem reducta, mansit autem Romana
Ecclesia, in eaque visibiles semper fuere Pasto-
res, Doctores, fideles perpetua administratio
Sacramentorum visibiliter semper viguit,
cum ergo juxta confessionem Anglicanam Ee-
clesia sit congregatio Sanctorum, in qua Evange-
lium rectè docetur, & rectè administrantur Sa-
cramenta, neutrum autem hoc ministerium
viguavit in aliqua Acatholicorum congregacio-
ne usque ad annum circiter 1520. evidens est,

ullam esse veram apud eos Ecclesiam; Corpus enim Christi mysticum, seu fideles, debuissent certè per visibilium Saeramentorum saltem Baptismi & Eucharistiæ participationem fieri juxta Apostolum 1. Cor. 10. v. 17. & C. 12. v. 13. atqui hoc ante præcitos annos nulla adversarum Sectarum habuit, ergo nulla ipsarum est vera Religio à Christo instituta.

Nec obstat quidquam quod objiciunt Adversarij, credi nimirum, non item videri Ecclesiam: creditur enim Ecclesia dari secundùm varijs ejus prædicata, per revelationem ei attributa, ut sunt esse sanctam &c. aut etiam hanc eam esse præ alia congregationem, quam tamen sic creditam oculis corporeis necesse est ut videamus, cùm eandem nos ipsi visibiles homines & nihil à nobis distinctum constituamus.

Cæteri textus qui de donis supernaturalibus invisibilibus à Deo Ecclesiæ suæ datis sonant, sunt pro Nobis potius, quam pro Adversariis, quæro enim: apud quam visibilem congregationem ea dona sint fides enim v. g. vel gratiæ invisibilis per Saeramenta operatio, vel pugna spiritualis adversus mundum, carnem, & dæmonem non exercetur certè in Angelis, vel in subjectis invisibilibus, verū in hominibus visibilibus. Ergo cùm ex ipsorum Adversiorum testimonio non fuerit ulla colligatio hominum in eorum Religionem ante xii. sæcula, manifestum esse debet eam quam sibi invicem oppositi profitentur, non esse veram Chri-

Christi Ecclesiam. Sed audiamus quid Augustinus de hoc Ecclesiæ signo sentiat.

Augustinus Lib. de unitate Ecclesiæ Cap. 16. Non est operta Ecclesia, quia non est sub modio, sed supra candelabrum. Et de illa dictum est: Non potest civitas abscondi supra montem posita. Item Lib. 19. contra Faustum Cap. 11. In nullum nomen Religionis seu verum, seu falsum coagulari possunt homines, nisi aliquo signaculorum aut Sacramentorum visibilium consortio colligentur.

II.

De unitate Ecclesiæ.

Hæc unitas Ecclesiæ quod verum sit signata ipsi Acatholici cum Concilio Nicæno patetur, & patet ex Scriptura, sic Matth. 24. v. 45. Ecclesia dicitur una familia, Cap. 21. v. 28. una vinea. Joan. 10. v. 16. Unum ovile. Rom. 12. v. 5. unum corpus, & Eph. 4. v. 3. & 4. una fides, unus spiritus, & ibidem in una spe dicuntur vocati fideles. Pro hac unitate ejus oravit Dominus Joan. 17. v. 21. & ad eam hortatur Apostolus 1. Cor. 1. v. 10. Obsecro fratres ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis Schismata. Idem solicite menet Rom. 16. v. 17. & Hebr. 13. v. 9. Ex quibus aliisque plurimis tam Conciliorum quam SS. PP. testimoniosis patet Ecclesiam Christi esse Unam, & quidem in modo per unitatem & consensum doctrinæ modernæ

dernæ eum primitiva seu veteri. id. per unitatem seu unionem inter membra & caput.
3^{ti}d. per unitatem membrorum inter se.

Probatur jam ioli Ecclesiæ Romano-Catholicæ hoc signum convenire. 1^{mo}, enim doctrinam modernam hujus Ecclesiæ eandem esse cum doctrina Ecclesiæ primitivæ primorum 4. Sæculorum (quam veterem ipsi Adversarij fiantur veram in omnibus articulis fidei doctrinam Apostolorum tenuisse) his etiam pagellis ostensum est, Augustinum enim ipsi Acatholicon Antesignani fidem testem antiquæ Christianæ doctrinæ agnoscunt, prout habet Calvinus Lib. 3 Cap. 3. s. 10. Qui autem uberius hujus rei experimentum desiderat, Bellarminum aliquique Controversistas consulat, inveniet certè minimum Catholicorum modernorum in articulis fideli sensum, à sensu ejus Ecclesiæ minime recedere. Econtra producant quæso Acatholici vel unicum Ecclesiæ primitivæ Doctorem nostrâ etiam confessione Sanctum, & Apostolicum (prout ipsi è pluribus Augustinum, Ambrosium &c. confitentur,) qui omnes fideli articulos, quos ipsi tenent & explicant docuerit & explanârit, aut saltè unicum fideli articulum inter nos & illos controversum ostendant juxta eorum sensum explicuisse, taceo omnes Ecclesiæ primitivæ Patres, sed vel res eorum?

Quod unitatem inter membra & caput attinet & membrorum inter se eam viguisse sem-

per

per & defactō vigere in sola Romano-Catholice ex eo patet, quod nulla unquam congregatio vel homo particularis habeatur pro Ecclesiæ Catholicæ membro, nisi quæ vel qui communicaret cum Ecclesia Romana, & qui ejus definitionibus tam in rebus fidēi & doctrinæ, quam morum consentiret. Quicunque porro ab obedientia vel a doctrina Romanæ Ecclesiæ se segregarunt eos tota Ecclesia Hæreticos aut Schismaticos semper censuit & damnavit; Econtra Acatholici nec consensum inter membra Ecclesiæ suæ, & caput (quod præter Anglos vix aliqui se habere fatentur) nec membrorum inter se habent, facilius enim stellas Cœli numerabis quam sententias tantummodo Lutheranorum v. g. de præsentia tantum Christi in Eucharistia, vel Calvinistarum de Prædestinatione.

Neque dixeris Catholicos etiam Doctores in multis sibi contrariari, nunquam enim in punctis ab Ecclesia definitis, quæ fidēi substantialia sunt, & ut vocamus articuli, verum in punctis pure scholasticis id est, in questionibus modum & explicationem & clariorem seu magis genuinam expositionem mysteriorum continentibus tantum sibi oppositi disputant, eas salva integritate substantiali omnium articulorum, ventiliando, quin animorum inter eos unitas auct fidēi scindatur.

Confirmatur ulterius hanc unitatem unicæ Ecclesiæ Romano-Catholicæ semper convenis-

se authortate plurimorum SS. PP. qui omnes concorditer eos censuere fideles qui in unitate Doctrinæ Romano Pontifici subjectionem habuerunt, alios verò tanquam à vite vera præcisos palmites tenuerunt, hinc S. Augustinus Cecriliani Episcopi heroicam inter persecutores constantiam (Epist. 162.) afferit inde profectam, quod se videret Romanae Ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ Cathedræ viguit Principatus, per communicatorias Literas esse conjunctum. Sed de iis qui ab hac Ecclesiæ unitate se se separarunt loquentem S. Doctorem audiant Adversarij sibique dicta applicent.

Augustinus in Psal. contra Donati: Venite fratres si vultis ut inferamini in vita, dolor est cum nos videamus præcisos ita jacere. Numerate Sacerdotes qui ab ipsa Petri Sede in ordine illo Parvum, quis cui successerit videte. Ipsa est Petra, quam non vincunt superbae inferiorum portæ.

III.

De Sanctitate Ecclesiæ.

Hanc Sanctitatem esse veræ Ecclesiæ signum, in Symbolo Apostolorum omnes Christiani profitentur, eam tamen Acatholici falsò supponunt, in 1^o. infideli sanctitate consistere, ut enim Propositione 182. ostensum est, ea sola non potest homines sanctificare, & denominare Sanctos. Falsò supponunt 2^od. alij, Ecclesiæ ideo dici Sanctam, quod constet solis

Præ-

Prædestinatis, multi enim Electi actu non sunt Sancti, ut patet exemplo Davidis & Latronis, & multi sunt defacti Sancti & justi, qui tamen non sunt Electi ob defectum perseverantiae finalis, consistit ergo hæc Ecclesiæ Sanctitas in Doctrina & sanctitate fidelium, & mediis quæ à peccatis abducunt & ad virtutem excitant, item in miraculis veram morum & doctrinæ sanctitatem confirmantibus.

Probatur hoc assertum de Sanctitate fidelium ex script. Paulus enim Eph. 1. v. 4. ait: *Elegit nos ut essemus Sancti & immaculati in conspectu ejus in charitate.* Et 1. Petri 2. v. 9. dicitur Ecclesia gens sancta, populus acquisitionis. Unde patet sanctitatem Ecclesiæ desumitur etiam à sanctitate fidelium. De mediis ad sanctitatem conducentibus, nec ipsi Adversarij insufficientur. De miraculis quod sint signa veræ Ecclesiæ prob. quia ea DEUS solus potest operari Psal. 71. v. 18. & assumpsit ea in hac providentia in signum veræ fideli ut Marci ultimo dicitur, immo ipse Dominus ab iis probat suam à Patre missionem Joan. 5. v. 36. &c. Item inter plures Veteris Testamenti Prophetas hoc signum petebat Isaías C. 41. à falsis Diis.

Probatur jam hoc signum in sola Ecclesia Romano-Catholica reperiri: immo enim quod attinet sanctitatem fidelium, quotquot ab Apostolorum temporibus usque huc floruerunt, omnes doctrinæ nostræ assertores fuerunt, ut: Iræneus, Justinus, Cyprianus, Hilarius, &c.

Eucharistiae, Purgatorijs, &c. aliorumque articulorum nostrae fidei Confessores, Doctores, & pro iis propugnandis multa eorum millia Sanguinem & vitam profuderunt. Assignent è contra Adversarij vel unicum à toto orbe nominatum Sanctum vel Martyrem, dum nos myriades assignare parati sumus, qui scriptis & sanguine Romanae Ecclesiae subscripti serunt? Sed forte Apostolos dicent esse suos Sanctos, quos tam bene vendicant sibi Arianji, Anabapt. quam Calvinistæ vel Lutherani. Et si Apostoli fuerunt Sancti, in vera fide oportuit eos sanctificari, cum ergo etiam juxta Adversarios per subsequentia 17. saecula multi fuerint Sancti, ij etiam debuerunt in vera fide sanctificari, aut ergo Apostoli non fuerunt Sancti, aut certè nostri Sancti testantur Ecclesiam Romanam, in qua vixeré veram fuisse Christi salvificam Ecclesiam.

2dō. Quod attinet ad media ad sanctitatem conducentia, ea certè sola Romana Ecclesia habet, quæ innumeris propè modis & viis suos filios ad bona opera, & sanctitatem perfectio-nemque vitae spiritualis excitat, hinc tot Religiosas familias, congregaciones, pœnitentia-zum genera &c. in se complectitur, dum è con- era aliij Acatholicorum sua Prædestinatio & Reprobatione, aliij impossibilitate præceptorum ut serventur, aliij bonorum operum vanitate, aliij fidei solius virtute sine operibus se salvandoes autumantes sternunt viam ad omnem vitæ dicentiam.

3ti. Quod miracula attinet, hoc viguisse hodiéque vigere in sola Romana Ecclesia ipsi Adversarij prudentiores qui habent rerum gestarum notitiam coguntur fateri quæ ipsius Augustini tempore propè innumera fuerunt ipso testante Lib. 1. Retract. Cap. 13. & hodie tam ad infidelium illuminationem quam ad Sanctorum suorum gloriam illustrandam, & ad animos fidelium piè excitandos Deus dignatur operari, ubi tamen omnes Acatholici (loquor saltē de novellis Sectariis Dominis Lutheranis & Calvinistis, ut prædecessores eorum subticeam) duobus propè iam Sæculis nec claudum aliquem equum miraculosè à se sanatum fuisse possunt gloriari. Sed cùm de his duabus iunctatris notis ipsi Adversarij non multum controvertant, oggerantque de primo signo, illud minimè esse notam designativam Ecclesiæ, Personarum videlicet Ecclesiam constituentium qualitatem, ad luculentum Augustini suffragium velut ad diribitorem calculum descendamus.

Augustinus Lib. 2. in Julianum: Ibi sunt (inquit de profitentibus fidem Catholicam) Episcopi, & Pastores docti, graves, sancti, veritatis acerrimi defensores, qui Catholicam fidem in lacte suxerunt, in cibo sumperunt, cuius lac cibum, parvis magnisque ministaverunt. Taliibus post Apostolos sancta Ecclesia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, pastoribus, nutritoribus credit.

IV.

De Ecclesiæ Catholicismo seu Universalitate.

Hoc signum veræ Christi Ecclesiæ compete-
re etiam ipsi Acatholici fatentur in Symbolo
Apostolorum. Catholica autem ea præcipue
dicitur Ecclesia, quæ per totum terrarum or-
bem fuit estque diffusa saltem successivè &
moraliter, quæ Ecclesiæ nota à Deo promissa
est plurimis in locis veteris Testamenti v. g. *In
omni loco à Solis ortu usque ad occasum sacrificatur,* & offertur nomini meo oblatio mundus quia
magnum est nomen meum in gentibus. Mal. 3. v.
11. & Pial. 18. v. 5. *In omnem terram exiit sonus*
eorum, quod in Ecclesia completum esse testa-
tur Paulus Rom. 10. v. 18. & scribens Ecclesiæ
Romanæ Cap. 1. v. 8. *Fides inquit, vestra an-*
nunciatur in universo mundo. Idem prædictit
Dominus frequenter Discipulis prout habetur
Matth. 24. v. 14. & Act. 1. v. 8. Hinc S. Au-
gustinus adeo signum evidens ait veræ Ecclesiæ
nomen *Catholici*, ut eam appellationem ab ipsis
inimicis etiam invitis afferat tribui veræ Eccle-
siæ Lib. de vera Religione C. 7. inquiens: *Te-*
nenda est nobis Christiana Religio, & ejus Eccle-
siæ communicatio, quæ Catholica est. & nomina-
tur non solum à suis, sed etiam ab omnibus ini-
micis.

Ostenditur ergo solam Ecclesiam Romanam
esse Catholicam, non quidem grammaticaliter
sum-

sumptam pro cœtu fidelium mœnibus Urbis
 Romanæ concluso, sed prout denominatur ta-
 lis à capite ibidem residente, Magistro fidei, &
 Principe Ecclesiarum ut S. Iræneus, Cyprianus,
 Nazianzenus &c. appellant. Testis enim est
 Europa, Asia, Africa & America adhuc hodie,
 Fidem nostram in omnibus illis regionibus
 prædicatam, à multis millibus amplexam &
 sanguine consignatam fuisse, & in præsens i-
 psam in potioribus mundi partibus retineri,
 ipsis infidelibus & Hæreticis Principibus seve-
 ré prohibentibus eam prædicari, quam tamen
 morte copiosi non raro contestantur Econtra
 ostendant novelli Hæretici aliquas Civitates
 vel Oppida Aliaæ, Africæ, vel Americæ, imò
 plurima etiam Europæ loca (intelligo de Re-
 gnis avitam adhuc Religionem profitentibus)
 ubi eorum fides viguisset, solium imitata, quod
 nullus Patrum familiæ ex professo & industria
 feminat vel in unico agro Urbis totius, pallu-
 lavit igitur inimici hominis invidiâ, sparsim in
 Europæ Provinciis duntaxat, cujus aliud initia-
 um sumpsisse in Saxonia, aliud in Galliis non
 pridem, omnes scimus. Dixi non pridem, ut
 verbo hoc novellam ostenderem, ut quæ à pri-
 mis sæculis per omnes Christianorum ætates ad
 hæc tempora non descenderit: ex quo ipso
 defectu, illam esse universalem quivis prudens
 jure negaverit.

Prob. 2d. Authoritate Conciliorum, Ni-
 cœni, Constantinopolitani, Ephesini, Galcedo,

nensis, aliorūmque plurimorum, in quibus & toto orbe tot centenī præsentes se stiterunt. Episcopi, Doctores & Pastores, qui omnes Romano Pontifici subjectionem & obedientiam præstiterunt, cum illo communicārunt, ejusque definitionē tanquam ultimam decisivam sententiam expetiérunt & acceptārunt.

Nec obstat quidquam nos Pontificios & Papistas appellari, hoc enim nihil officit Catholicon, non enim nominatur à Pontifice tanquam à fidei nostræ Auctore & duce, prout Lutherani & Calviniani à Luthero & Calvino ab *h. resum Principibus*; sed ut Chrysostomus Hō. 33. in A& loquitur: *ab his qui præsunt, & gubernant Ecclesiam.* Qnod porro objiciunt hanc universalitatem non fuisse promissam Ecclesiæ, nisi pro aliquibus primis Sæculis, id sequenti puncto expediemus. Sed ne multis Lectorem detineam, juvat Sententiam Augustini audire, qui præter alia plurima Ecclesiæ veræ signa numerat, & ponit tali cum circumstantia appellationem *Catholici* ut quocunque ævo, experientio possit probari quinam in civitate aliqua Catholicis pariter & Hæreticis refertā teneant genuinam Christi fidem & doctrinam.

Augustinus Tomo 6to. contra Epist Fundam. Multa sunt quæ me in Ecclesiæ Catholice gremio justissime tenent, tenet consensus populi- rum atque gentium, tenet authoritas miraculis firmata, & nutrita, charitate aucta, detulstate firmitata &c. tenet me postremō ipsum Catholice no-

mēs, quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista sola Ecclesia obtinuit, ut cum omnes Hæretici se Catholicos dici velint, quarant tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniatur, nullus Hæreticus vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere.

V.

De Successione Pastorum, & doctrina ab Apostolis deducta.

Esse Apostolicam signum infallibile veræ Ecclesiæ non negant Adversarij, cùm ab Apost. Eph. 2. v. 10. dicatur super ædificata super fundatum Apostolorum, tales autem dicunt se habere, eō quod habeant fidem quam professi sunt Apostoli. At contra est 1^o id. quod ipsum dixerint omnes Hæretici Ariani, Nestoriani, Pelagiani, &c. Incumbit ergo de hoc ipso probatio; unde id demonstretur, quod habeant fidem Apostolicam. Contra est 2^o id. quod in humanis etiam ridiculum foret si quis se assereret esse hæredē Austriae v.g. nec tamen posset ostendere genealogiam stirpis suæ à Comitibus de Habsburg descendisse, id quod clare ex opposito toti orbi demonstrat Gloriosissimè orbi Romano Imperans Augustissimā Domus Austriaca. Restat igitur ut ostendatur in qua Ecclesia sit fueritque non interrupta Successio Episcoporum, Doctorum & Pastorum ab Apo-

stolorum tempore, quos usque ad consummationem saeculi in opus ministerij dedisse Deum Ecclesiae suae testatur S. Paulus Eph. 4. v. 11. & seq.

Probo igitur hanc successionem haberi in sola Ecclesia Romano Catholica, quia in haec demonstratur clarè Pastorum & Sacerdotum ad Episcopos, Episcoporum ad summum Pontificem, Pontificum verò ad S. Petrum Apostolum & Christum usque, tam doctrinæ quam officij origo & propagatio. Sic S. Iræneus Lib. 3. c. 3. enumerat Episcopos Romanos usque ad Eleutherium, qui suo tempore sedebat, & per hanc Successionem dicit confundi omnes Hæreticos. Pariter fecit Optatus Milevitanus contra Donatistas, ut & Augustinus; ille quidem usque ad Syricum Papam, hic verò ad Anastasium deducendo Romanorum Pontificum successionem. Hinc omnes SS. PP. agnoverunt Ecclesiam Romanam habere veram successionem tam Ministrorum suorum quam doctrinæ ab Apostolis, è multis Iræneus lib. 3. enumerans prout supra memini ejus Ecclesiæ Episcopos sic ait: *Ad hanc enim Ecclesiam propriè potentiores Principalitatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est: eos, qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique fideles, conservata est ea, quæ ab Apostolis est traditio.* Item Amb. lib. 3. de Sacramentis c. 1. dicit Ecclesiæ Romanæ in omnibus consuetudinem, utpote quæ domus DEI est sequi opor-

oportere. S. Hieronym. verò Epist. 2. ad Damasum: *Hic inquit in tres partes scissa est Ecclesia, ad serapere me festinat, ego inter im clamo: qui Cathedra Petri jungitur, meus est.* Jam dō spaciū Acatholicis, proferant Catalogum suorum non dico Episcoporum Petro succedentium, sed saltēm Prædicantium & Ministellorum à tribus solūm sæculis sibi constanter succedentium, & qui, taceo Apostolicam doctrinam, sed genuinam quam v. g. Cassoviæ Lutherani profitentur (ut illi appellant Evangelicam) prædicāsent, facile autem ostendetur à nobis non solūm personarum talium defectus, verūm etiam ipsius doctrinæ Lutheranæ Calvinianæque frequens mutatio à 170. annis inter eos facta. Ridiculum porrò est quod de defectione Apostolicæ doctrinæ & personarum, mussitant Adversarij, ostendant enim quo Anno, sub quo Pontifice, Cæsare &c. contra Christi promissum & fidem hæc defectio contigit. Si verba verbis tantum addant, standum certè erit potius æternæ veritatis oraculo Matt. 16. ¶. 18. *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam,* & C. 28. ¶. 20. *Ecce ego vobis cum sum usque ad consummationem sæculi;* admoneo tamen Acatholicum verbis Augustini contra Donatistas (in Psal. 102. Conc. 2.) olim prolatis, qui pariter Ecclesiam Apostolicam defecisse ajebant: *O impudentem docem: illa non est quia tu in illa non es;* vide ne tu ideo non sis, nam illa erit, & si tu non sis. Sed clarius de hac

re loquentem S. Doctorem præter textum pùn-
cto 2. citatum placeat audire.

Augustinus Tomo 6. contra Epist. fund. Te-
net me in Ecclesiæ Catholice gremio &c. ab ipsa
Sede Petri Apostoli, cui pascendas oves Dominus
commendavit usque ad præsentem Episcopum suc-
cessio Sacerdotum. Et alibi Lib. de unitate ere-
dendi c. 17. Dubitabimus nos illius Ecclesiæ con-
dere gremio, quæ ab Apostolica Sede per successio-
nes Episcoporum, frustra hæreticis circumlatran-
zib[us] culmen auctoritatis obtinuit &

VI.

De Infallibilitate Ecclesiæ.

Ecclesiam Christi in fidei controversiis erra-
re posse censem Hæretici: nos vero notam
hanc esse Ecclesiæ, necessariam & tenemus, &
probamus. Imd. ex scriptura: Isaiae enim § 4.
v. 4. & c. § 9. v. ult. expressè promittitur man-
surus Spiritus Domini usque in sempiternum in
semine populi DEI. Item Joan. 14. v. 26. Spi-
ritus S. promittitur Ecclesiæ qui docebit omnia,
utique non falsa, &c. c. 14. v. 16. ait Dominus:
Ego regabo Patrem, & alium Paracletum dabit
vobis, ut maneat vobis in eternum. §. 17,
Spiritum veritatis &c. vos autem cognoscetis
eum, quia apud vos manebit, & in vobis e-
st. Quæ promissiones quod non sint tantum Apo-
stolis in individuo factæ, sed etiam eorum suc-
cessoribus patet ex ly eternum, quod clarius
exprim-

exprimitur in illis Christi verbis Matth. 28.
v. 20. *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi.* Apostolorum autem nullus indiguit hanc assistentiā à 16. saeculis, ergo.

Confirmatur adhuc ex scriptura: 1. Tim. 3.
v. 15. dicitur *Ecclesia DEI videlicet columnam & firmamentum veritatis*, qualis autem columna quale firmamentum veritatis, si falsam doctrinam fulcire & firmare potest? Nec potest dici Ecclesiam sufficienter dici infallibilem, & columnam veræ doctrinæ ex eo præcisè, quod scripturam, in qua vera doctrina continetur, custodiat; hoc enim habet omnis bibliotheca, cuius est custodire libros, quod utique effugium est hominis materialiter loquentis. Deinde si Ecclesia potest errare in aliis fidei articulis, cur non in conservatione vel corruptione scripturæ? Deinde Eph. 1. v. 21. & sequent. Ecclesia dicitur membrum sub capite Christo, & ejus plenitudo, non habens maculam, ut aliquid bujusmodi, quæ potest autem esse major macula, quam error in fide?

Prob. jam hanc infallibilitatem reperi in sola Ecclesia Rom. Catholica: 1mo. ex probatis debet esse infallibilitas in aliqua Ecclesia, sed in nulla alia est, ut discurrendo per omnes seatas facile demonstratur, cum quælibet earum singulis fere decenniis mutet opinionem in rebus fidei, ergo. Prob. 2dd. Dominus promisit assistentiam Petro, Matth. 16. v. 18. *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesi-*

am meam, & porta inferi non prævalebunt aduersus eam. Qualis porro petra, quale ædificium sit illud si ruere potest? aut ubi promissionis à Christo factæ effectus, si Roma portis inferorum sacrificat? Has autem permissiones sonare etiam pro successoribus Petri, patet etiam ex eo, quod illi commiserit pascendas oves, & indefectibilitatem fidei, confirmationemque fratrum suorum, Joan. 21. & Luc. 22. quæ utique debebant fieri etiam post mortem Petri, igitur in successoribus ejus.

Confirmatur efficaci argumento à miraculis, quæ usque ad hodiernam diem manent in Ecclesia Romana, si enim hæc testarentur falsam doctrinam, meritò possemus cum Richardo à S. Victore dicere Lib. 1. de Trin. c. 2. *Domine si error est quod credimus, à te decepti sumus. ista enim nobis in signis & prodigiis confirmata sunt quæ non nisi à te fieri potuerunt.* Et certe injuriam facit Christo, qui dicit cum Paulo (Eph. 1. v. 4. & 5.) *Ecclesiam esse sanctam & immaculatam,* & tamen eam asserit in fide defensibilem. Imò injurius est & Spiritui S. quem mendacem facit blasphemè, si enim Ecclesia fallibilis est, necesse est, sit fallibilis & regula fidei & morum in Ecclesia, quæ si fallibilis est, fallibilis est & Spiritus S. qui eam regulat. Ruminam mi Lector consequentiam hanc, an non jure incurvant nomen blasphemorum Adversarij nostri, ut qui peccatum in Spiritum S. committunt talia asserendo.

Ad

Ad omnes verò Acatholicorum objectiones diluendas norandum. Pontifices prout homines privatos errare posse, at dum è cathedra Petri loquuntur cum assistentia Spiritus S. id est definitivè quidpiam pro tota Ecclesia in linea morum & fidei resolvunt, etiam extra Concilium, errare non posse. Et certè etiam extra Concilium de rebus fidei consultum fuisse Pontificem S. August. clarè testatur Serm. 2. de verbis Apostoli. S. Hieron. verò exemplò suò hoc ipsum confirmat, dum in quæstione intricissima ad Damasum Papam recurrit, sciens certissimè Vicario Christi datam esse assistentiam Spiritus S. infallibiliter Ecclesiam dirigen-
tis. Sic igitur ad Damasum olim Hieron. Su-
per istam Petram adificatam Ecclesiam scio, obse-
cro, ut mibi literis tuis five tacendarum five di-
cendarum trium Hypostaseon detur auctoritas,
non timebo dicere tres hypostases, si jubetis. No-
tent adversarij hæc ultima verba tanti Docto-
ris de cuius sapientia ipse Augustinus in multis
Hieronymum consulens testimonium dedit
dum diceret: *Quis scit, quod Hieron. ignoravit?*
& fateantur tandem, in Universalis Ecclesiæ
primo Pastore, & ejus quam regit Ecclesiâ, da-
ri infallibilitatem. Sed quid de hoc puncto S.
Augustinus.

Augustinus lib. contra Epist. Manich. c. 5.
Ego verò Evangelio non crederem, nisi me Cathol.
Ecclesiæ commoderet auctoritas. & lib. 1. de
symb. ad catech. c. 6. Ipsa est Ecclesia Sancta,

Ecclesia una, Ecclesia vera, Ecclesia Catholica, contra omnes haereses pugnans. Pugnare potest, expugnari tamen non potest. Haereses omnes de illa exiverunt tanquam sarmenta inutilia à vite praecisar. Ipsa autem manet in radice sua, & Epist. 163. In Rom. Ecclesia semper Apostolica cathedravit Principatus, in qua sedet Petrus, & nunc sedet Anastasius. Item lib. contra Cres. c. 23. Quia Scriptura Sacra fallere non potest, quisquis falli metuit obscuritate questionis, Ecclesiam de illa consulat.

VII.

Ostenditur extra Ecclesiam Romanico-Catholicam neminem posse salvare.

Primo ostenditur Gentiles, Mahometanos, Judæos non posse salvare: quia ut ait Paulus Hebr. 11. §. 6. Sine fide impossibile est placere DEO. & Marc. 16. §. 16. Æterna Veritas dixit sententiam irrevocabilem: Qui non creditur condemnabitur, atqui hi infideles non habent fidem supernaturalem in Christum quem negant, ergo, iam judicati sunt (Joan. 3. §. 18. & 36.) nec videbunt vitam, sed ira DEI manet super eos. Hoc sonat etiam de Arianis, qui tantum denominativè sunt Christiani, nec sunt regenerati per verum baptismum.

Probatur iam de omnibus Christianis, qui vel in unico fidei articulo à Catholica (quam

ostendimus solam esse Romanam) dissentunt: Salvifica fides debet esse una unitate doctrinæ ut supra ostensum est, & patet ex Eph. 4. x. 5. Unus Dominus, una fides, unum baptisma, & 1. Cor. 10. x. 17. Quoniam unus panis, & unum corpus sumus &c. ait Apostolus, atqui Acatholici non habent hanc unitatem fidei, cum in essentialibus inter se dissentiant (ut puncto 2dō, attigi) ergo nec habent salvificam fidem. Prob. 2dō. Ad rectitudinem voluntatis non sufficit unius mandati Divini observatio, sed requiritur omnium ita, ut fit tantum offendat in uno, factus est homo omnium rezu. Jac. 2. v. 10. ergo etiam ad rectitudinem intellectus requiritur ut Deo revelanti æquè credat, unum quam alterum fidei articulum, si enim uni discredat, facit certè affectivè Deum mendacem. Prob. 3tio. Qui non audierit Ecclesiam, debet baberi ut Ethnicus & Publicanus id est Idololatra, inquit Dominus Matt. 18. v. 17. Sed nullus Ethnicus & Publicanus potest salvari, ergo. Deinde cum Ecclesiam spernant Acatholici, Christum spernunt, quod certè mortiferum est. immò hæc contradic̄ & repugnantia 1. Reg. 15. v. 23. peccatum ariandi & idolatriæ appellatur, ab Augustino Veto Summa impietas; atqui his infestus non salvatur ergo nec Acatholici Ecclesiæ Christi repugnantes. Prob. 4tō. Si discredentes articulis fidei nostræ hodierni Acatholici possunt salvati, infero; ergo salvati sunt omnes Ariani,

ni, Nestoriani, Pelagiani, Donatistæ &c. hinc
nihil æquè Symbolum Apostolorum se crede-
re affirmabant, ut S. Augustinus in symb. tom.
3. c. 1. testatur dicens: *Hæretici plerunque ve-
nena sua sub ipsis paucis symboli verbis occultare
conati sunt.* At qui eos salvates esse, nec adver-
sarij nostri concedunt, ergo nec se extra Ecclesi-
am Romanam salvandos existiment. Prob.
5to. Ad eandem visionem beatificam omnes
homines sunt vocati, ergo etiam per eadem
media cardinalia salutis voluit Deus eam obti-
neri, quorum mediorum maximum est fides,
per quam dicit Paulus *nos gratiâ salvari* Eph. 2.
x. 18. ergo sicut tunc eadem quoad Substanti-
am beatificâ visione visuri sumus Deum de fa-
cie ad faciem. ita nunc in ænigmate eadem fide
debemus credere 1. Cor. 13. Et certè non est
ratio cur idem Apostolus tam serio Hebreos
monuisset (C. 13.) *ne doctrinis variis abdu-
cantur*, si in quavis fide posset salus obtineri.
Prob. 6to. efficaci argumento interrogativo:
Vel potest quis in Romano-Catholica Ecclesia
salvari, vel non? Si non? ergo periérunt tot
myriades Confessorum & Martyrum à 12. sa-
culis, qui in ea vixerunt, quod nemodicit. Si
potest autem in ea quispiam salvari? hæc certè
unicè est salvifica vera, & infallibilis Dei Ec-
clesia, quæ inter cæteros fidei articulos docet
nullum extra Ecclesiâ hanc posse salvari, ergo.

Accedit adhortationis loco ultimum argu-
mentum adversus Dominos Adversarios: In

ea Ecclesia tutè standum est, in qua posse salvare hominem omnes dicunt, & in ea non est standum, de qua aliqui imò plerique dicunt in ea non posse hominem salvare, sed omnes etiam Acatholici dicunt in nostra Ecclesia posse salvare hominem, ut à discretioribus illorum, centies ipse audivi; è contra de Religione v. g. Lutherana, non tantùm nos Catholici, sed reliquæ etiam potissimum Sectæ dicunt non salvandos ullos in ea, idem singillatim applica omnibus aliis Sectis, ergo in nostra sola Religione standum esse prudens existimabis, qui salutem animæ tuæ cordi altius impressam habes. Quod Augustini calamo finaliter definiendum committamus.

Augustinus Epist. 10. ad Bonifacium Comitem sub finem: *Ecclesia Catholica sola est corpus Christi, cuius ille caput est, Salvator corporis sui. Extra hoc corpus neminem vivificat Spiritus Sanctus. Et paulò post: Non habent itaque Spiritum Sacrum, qui sunt extra Ecclesiam. Et Epist. 125. ad Donat. Quisquis ergo ab hac Catholica Ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter vivere existimet, hoc solo scelere, quod à Christi unitate disjunctus est, non habebit vitam, sed ira DEI manet super eum.*



DILEMATA,

Quæ quamvis frequenter Aca-
tholicis proposita, nunquam ta-
men soluta sunt, nec solvi possunt,
modò directè, sive ambagibus,
& ad meritum rei responsio
exigatur.

I.

AN Ecclesia aliqua Acatholiconum v. g. Lu-
therana vel Calviniana sit antiqua, vel no-
va? Si respondeatur: Est antiqua. Quæritur:
Quis eam ante Lutherum vel Calvinum professus
fit? Quis veterum Scriptorum ejus meminerit?
Ubi ejus doctrina fuerit prædicata per 1500.
annos.

Si vero dicatur: est nova. Jam patet eam
esse hæreticam, Catholica enim ante 1680.
circiter annos est à Christo fundata.

Ad hoc dilema varij variè respondere co-
nantur; dicunt siquidem eam esse antiquam;
signatamen ejus nulla demonstrant. Si dicau-
tur: eam in scriptura latuisse ante Lutherum
aut Calvinum. Idem omnes dicere possunt pro-
se alij Hæretici. Sin autem dicatur: eam in
cordibus fidelium suis. Nominent hos fideles,
locum, tempus, quò viguerint? & quidem in
particulari. Quæ-

H.

Quæritur: An vera Christi Ecclesia sit fallibilis, vel infallibilis? Si dicatur: Eam esse infallibilem. Infero: ergo non est falsa Ecclesia Romano-Catholica, quam plerumque ipsi Acatholici primis 4. Sæculis fatentur veram Christi Ecclesiam fuisse; proinde hodiecum eadem sola & non Acatholicorum, erit vera Christi Ecclesia.

Si alterum dicatur: Eam esse fallibilem, viderit hoc admissō adversarius noster, nec nova ultro arma in se nobis suppeditet, ac vel hoc ipso falsam esse Ecclesiam suam luculentē comprobet, dum argumenta omnia, quæ contra Romano-Catholicos ponit, in suum ipsius colum detorta sentiet.

Ad hoc dilema alij respondent: Ecclesiam esse infallibilem, sed non prout illa homines complectitur, verūm prout continet doctrinam Evangelicam. At hæc Responso non est ad quæsitus, quæritur enim de Ecclesia, congregationem fidelium, sub uno Capite, eadem fidei professione, Sacramentorūmque usu, complectente.

Alij respondent fuisse fallibilem, at hodie infallibilem esse ob spiritū privati assistentiā; verūm hoc effugium supra jam est explosum, utpote usurpabile à quovis Mahometano.

Quæ-

III.

Quæritur: *Vel homines possunt salvati in Ecclesia Romana, vel non possunt?* Si non possunt, ergo damnati sunt omnes fideles, seu totus mundus periiit, usque ad tempora Lutheri & Calvinii: perirent tot millia Martyrum, Confessorum, quos fatentur ipsi Acatholicis suisse Romano Catholicos. Ergo primò apertæ sunt Cœli portæ Annō. 1517. dum Lutherus suam doctrinam publicè ausus est prædicare.

Si dicatur: posse salvati homines in Romano-Catholica Ecclesia. Cur eam, obsecro, deseruerunt Acatholicorum Primores?

Ad hoc dilema plerumque respondent Acatholici: Papistas quoque posse salvati. si bene operentur; certiorem tamen salutem sperari, vel potius credi apud Lutheranos, & Calv. At quomodo salvabitur sine vera fide Papista? cùm impossibile sit placere DEO sine fide (ut supra probatum est) eaque vera ac unica. Deinde unde certior salus in Acatholicorum fide? ubi bona opera flocci penduntur, consilia Evangelica, jejunia, rigores &c. exploduntur.

Quod si dicatur: olim salvatos fuisse Papistas, utpote materiales solum Hæreticos, hodie verò minimè, ob copiam Ministrorum, purum verbum Dei prædicantium;

Respondeo ad responsonem hanc: etiam si nulla intrinseca quempiam moveret Fidei Catholicæ seu doctrinæ veritas, desumpta à Scripturæ,

pturæ, Conciliorum, Patrūmque evidentissimis testimoniiis, sola tamen Authoritas Ministorum, hodie in Ecclesia Catholica degentium quemvis prudentem inducere posset comparative ad Ministulos Acatholicorum, ad credendum, solam nostram esse veram Christi Ecclesiam. Ubi enim obsecro, signa in Evangelio expressa reperies in Ministris Ecclesiæ v. g. Luth. aut Calv. quis eorum fecit signa Marci 16. proposita? quis eorum ivit ad gentes barbaras convertendas, juxta præceptum Domini? Marci 16. Matth. o. quis eorum sanguinem optat profundere, tacito profudit, pro fide & animabus? juxta illud Jean. 15. v. 13. Hæc autem omnia signa sæculis omnibus durarunt, hodièque durant in Ministris Ecclesiæ Catholice.

IV.

Quæritur: Ecclesia Acatholicorum v. g. Lutherana, vel Calviniana, si fuit ante Lutherum, aut Calvinum, vel erat *visible*, vel *invisibilis*? Si dicatur fuisse *visible*: juxta jam dicta assignetur locus, personæ testes, & aliae circumstantiæ ex aliquo Historico etiam profanissimo.

Si dicatur fuisse *Invisible*? id ipsum jactabunt de sua secta Ariani, Anabaptistæ &c. Nec idcirco vera apud illos Ecclesia.

V.

Quæritur : Acatholicorum modernorum Ecclesia ante 198. annos vel fuit *sæcta*, vel non ? si fuit *sæcta* ? nominetur aliquis ex sanctis Lutheranis, aut Calvinianis, dicant : ubi, apud quem Scriptorem ejus miracula, moralium innocentia, ac virtutis sanctitas recenseantur ?

Si verò *non* fuit *sæcta* ? hoc ipso non fuit vera Christi Ecclesia, quæ tot semper Martyres, Confessores &c. habuit. Signa certè veræ, sanctæque doctrinæ, juxta illud Matth. 7. §. 16. *Ex fructibus eorum cognoscitis eos*, sunt opera facta secundum legem, & beneplacitum Domini ; hæc porro nec Lutherani, nec Calvinistæ admittunt necessaria, igitur signa nullia ad contestandam Religionis suæ arbitrariæ sanctitatem exhibent.

VI.

Quæritur : Acatholicorum Antesignani, v. g. Lutherus & Calvinus, cum de cœlo non acceperint miraculosè per Angelum aliquem scripturam, sed ante 198. annos ab Ecclesia Romana, quæritur, inquam, an eō tempore fuerit *vera*, Ecclesia Romana, vel non ?

Si fuit *vera* ? quis negabit ? jure perfidiae damnandos esse omnes ejusmodi desertores veræ Ecclesiæ.

Si verò dicatur : eam fuisse eō tempore *falsam* ? quomodo ergo constat, Acatholicos habere

bere veram scripturam, & purum verbum Dei, cùm illud à Romana Ecclesia, quam falsam fuisse calumniantur, acceperint certè, si sic esset, parum scriptoræ suæ superaedificare possent, multò enim facilius Romana Ecclesia tot sæculis potuit Scripturam occulte corrumpere, quam veram fidem publicè paulatim deserere.

Si dicatur: id ob specialem Dei providentiam non contigisse cum scriptura, ut corrumperetur. Repono ergo: multò evidenter promissa Dei haberi de Ecclesiæ infallibilitate, ut supra sparsim probatum est, quam de scripturæ incorruptibilitate, cui hodie, etiam ipsi Acatolici contra invicem pugnantes fatentur, à multis (nec aliis quam suæ farinæ hominibus) multa vel addita, vel dempta fuisse, ut adeò sublimes ejusmodi Doctores & Spiritum Sanctum in sacris loquentem paginis corrigere velle videantur. Ecclesia ergo Romana infallibilis fuerit usque huc, cùm scriptura ejus, quam ab ipsa Sectarij acceperunt, sit incorrupta, illaque ipsi primo corruperint, ut manifeste, cum antiquis bibliis quæ à multis sæculis ante Lutherum impressa in multis adhuc bibliothecis reperiuntur, moderna hæreticorum biblia conferenti patebit.

VII.

Quæritur: Religio Acatholicorum qualis, seu quatenus est dissentiens à Roma-

na,

na, consistit in Articulis purè negativis. v. g.
Non est Purgatorium, non est Papa &c. Queritur, inquam, an hi Articuli expressè contineantur in Scriptura; vel non?

Si continentur? excutiant sua biblia, ut illum textum ostendere possint.

Si verò non continentur? ergo contra universale suum axioma: *nihil esse credendum, nisi quod expressè habetur in scriptura.* Jam admittet Acatholicus, omnes suos Articulos credi posse, nec tamen in scriptura contineri; quod tamen secundūm ipsos est falsum.

Nec potest dici: hos esse accidentales Articulos, quia quæ à DEO revelata sunt, ea credere fidelium est, illis dissentire infidelium: proinde tam bene essentialia sunt relate ad DEUM revelantem, quam alia, in quibus nobiscum sentiunt; porro particulatim paucis ostensum est supra, hos etiam Articulos æquè esse ab ipso DEO revelatos.

VIII.

Quartetur: Cùm dicant Ecclesiam Romano-Catholicam quintō circiter sēculō defecisse, num illa simul, vel successivē defecerit?

Non tota simul, quia hoc æquè est absurdum dicere, ac, si quis dicat v. g. 31mā. Decembbris decubuerunt omnes Romani & 1mā. Januarij surrexerunt omnes Lutherani & Calvinistæ. Et certè tam prodigiose metamorphoscos esset aliquod vestigium apud Historicos eorum

eorum sacerdorum, quod tamen nullibet legere.

Si dicatur: *successivè*: seu quòd una pars cœperit aliquem fidei Articulum negare, & tandem paulatim eam doctrinam omnes amplexi sint. Hoc æquè repugnat dici; quotiescumque enim aliqui cœperunt aliquem Articulum fidei priùs creditū negare continuò ab Ecclesia tales rescissi & damnati sunt, ut constat è propositionibus supra expositis, & casu plurimum: Arij, Nestorij, Pelagij, Berengarij, Vickleffii, Joannis Huss, Lutheri, Calvini &c. Et certè ab universo orbe isti semper Hæretici sunt habiti.

IX.

Quæritur: *Donum miraculorum vel est certum Ecclesiæ veræ signum. vel non?*

Si dicatur: *non esse certum*. Ecclesiæ veræ signum, est blasphemia in Christum, & insimulatione ejus de fraude, & impostura, ut qui miracula pro signo certo, & indubitato veræ Ecclesiæ proposuerit. Matth. 11. *Cœci vident, claudi ambulant, &c.* Et Marci 16. *Signa autem eos, qui crediderint &c.* Et per hæc signa Judæos & Gentiles ad suam Ecclesiam adduxit.

Si verò dicatur: *donum miraculorum esse certum signum veræ Ecclesiæ*; ostendant aliquod miraculum à suis Ministellis patratum & certè Erasmus ipse Rotherodamus fatetur, omnes reformatores illius istis saeculi ne ullum quidem claudum equum potuisse miraculosè sanare.

Econtra apud Catholicos hoc vigere donum ;
cerissimum est. & qui Acatholicorum id infi-
ciantur similes sunt Judæis Christi ipsius mira-
cula Magiæ, & Imposturæ tribuentibus.

X.

Quæritur : An Arius v. g. (par est ratio de
aliis antiquis Hæresiarchis) sit rite conde-
mnatus tanquam Hæreticus, nec ne ?

Si dicatur non rite condemnatus ? sentit talis
cum Ario, & Hæresiarchis veteribus, condem-
natque totam Ecclesiam, primitivam, eos con-
demnantes.

Si dicatur rite condemnatus , & Hæreticus
pronunciatus ? idem debent admittere Aca-
tholici de Lutherò, Calvinò &c. uterque enim,
tam Arius, quam v. g. ex modernis Novatori-
bus, Lutherus, eodem modo ab universa Eccle-
sia damnatus, & separatus fuit ; & ideo, sicut
ille à toto orbe Hæreticus habitus fuit, à tem-
pore suæ condemnationis , ita certè oportet
hunc haberi.

Par utrobique est ratio : scut hoc tempore
dixit Lutherus, Ecclesiam Romanam errare,
eodem modo dixit suò tempore Arius ; hoc ta-
men nihil obsfuit, quò minus à toto orbe Hære-
ticus haberetur ; & sicut hodie Lutherani, &
Calvinistæ citant pro se scripturam, ità multi
magis instanter eam pro suo errore citabant
Ariani, textumque per textus interpretaban-
tur, Et sicut hodie Calvinistæ de metaphoris
Chri-


Christi præsentia sentiunt in Eucharistia, ita
Ariani olim sentiebant de morali & metapho-
rica voluntatum unitate , Patris nempe cum
Filio,

Denique quidquid pro se prætendit quivis
Acatholicorum eodem certe iure pro se dicet ,
& dixit omnis Arianus, vel Nestorianus, &c.

Tu proinde, Lector Christiane , si immensa
Dñi bonitas te hoc in unicè salvifico ovili Ec-
clesiæ Catholicæ collocavit, gratulare felicitati
tuæ, laudes & gratias decanta ei, qui non fecit
taliter omni nationi.

Te Verò Lector Acatholicæ per JESU CHRISTI
vulnera precor, miserere tui ipsius, depone cœ-
citatem, frange contumaciam vince respectus,
locum da veritati ; perpende, obsecro negotiū
salutis tuæ tantum, considera hæc, ruminata sed
animō pacatō, tranquillō, & ad æquilibrium
compositō, noli credere primis statim tuis tuo-
rūmque occurrentibus inanitatibus, & insaniis
falsis, confer tua cum his diligenter & videbis,
nihil omnino soliditatis sectæ tuæ inesse Ver-
bō : quantocius, dum tempus habes, redi, redi
ad ovile, ad Pastorem tuum ô Christi
redempta sanguine ovicula, ne
æternūm pereas,





THESES
EX
UNIVERSA
PHILOSOPHIA.

EX LOGICA.

I.

Philosophia est Scientia rerum naturalium. Primum in ea certitudinis subjectivæ principium est illud Cartesii : quidquid in *Idæa clara &c.* II. Logica est Scientia intelligendi practica divisa in scientiam percipiendi, judicandi, rationandi, RR. addunt : ordinandi. III. *Idæa* complexa potest esse falsa; non item simplex. Per inadæquatam dantur præcisiones objectivæ per has Universale. IV. Nec veterum nec RR. placent Categoriae iis substituimus Genealogiam entis. V. Quodvis Judicium est determinatè verum aut fallum etiam de futuris con-

tingentibus. VI. Syllogismi demonstrativi efficiens est Scientia, Topicus opinio, qui in eodem intellectu nequeunt componi. VII. Methodus alia est analyticæ, alia Synthetica.

EX METAPHYSICA.

VIII. Metaphysica dividitur in Ontologiam & Pneumatologiam. Illa agit de ente & illius attributis generatim. IX. Entis attributa absoluta sunt: Unitas Veritas Bonitas. Identitas est essentiae unitas. Distinctio est entium pluralitas simul identitatis negationem dicens. X. Attributa respectiva sunt: *relatio* in tribus constituta, *locatio*, *duratio*. Locus internus physicè spectatus est ipsum corpus locatum. Tempus est numerus motus. XI. Substantia alia est spiritualis, alia materialis, illa habet virtutem activam; materia autem est potentia passiva, adeoque instrumentum aut occasio alterius agentis. XII. Nulla est necessitas ut agentia creata habent virtutem activam novi entis substantialis productivam. XIII. Spiritus essentia non consistit in actuali cogitatione ut vult Cartesius. XIV. Anima hominis est indivisibilis, immortalis natura sua, vele agi & volendo & percipiendo. XV. Est instructa idæis objec-

& vis à Deo in ortu ingenitis. XVI.
Habet commercium cum corpore in le-
ge Dei constitutum vi cuius certas per-
ceptiones certi corporis motus, & vi-
cissim consequuntur. XVII. Deus est
ens à se, ejus existentia demonstratur
à posteriori. Est unus, infinitus, æter-
nus ita ut nulla creatura possit esse infi-
nita, aut ab æterno existens. XVIII.
Creaturæ indigent directa illius conser-
vatione, & immediato concursu in ope-
rando.

EX PHYSICA.

XIX. Physica est scientia corporis
naturalis, quod est substantia radicaliter
impenetrabilis & extensa. XX. Illius
materja prima *sensibiliter* & *physicè spe-
ctata* (nec enim de illa *metaphysicè* &
insensibiliter spectata, ut Peripatetici
docent, quidquam decidimus) sunt mi-
nima naturalia, naturaliter impenetra-
bilia, indivisibilia, mole inæqualia, va-
rie figurata, numero finita. XXI. Sa-
vantur tamen omnes continui difficul-
tates. XXII. Ex his homogenea con-
stituunt elementum; heterogenea au-
tem variè inter se combinata corpus
mixtum. XXIII. Præter vulgata ele-
menta datur materia subtilis. XXIV.
Unde nulla est necessitas vacui dissemi-
nati etiam ad salvandam condensatio-


gym & rarefactionem, quæ habetur per dilatationem pororum præcedente aut comitante ingressu corpusculorum insensibili XXV. Principia ad mixtorum sunt moleculæ elementares adum entitatem propriam in iis actu remanentes; potestate autem secundum proprietas sensibles. XXVI. Omnis actio materialis fit motu. Verum est illud Aristotelis de corpore: *quidquid moveatur ab alio moveatur.* XXVII. Motus gravium deorsum provenit à vi centripeta, Vis elastica à materia subtili pores interfluente, reflexio ab elaterio. XXVIII. Motus horroris vacui verius adscribuntur aeris ponderi, vel elatio, aut utriusque. XXIX. Lux est prefatio rectilinea substantiæ luminosæ à corporis lucidi motu profecta. XXX. Color est varia radiorum luminis oculos percipientium ab objecto profecta vibratio. XXXI. Sonus est tremulus & reciprocus aeris motus à tremore partium corporis senori proveniens, & organum auditus afficiens. XXXII. Calor consistit in motu vehementi perturbato & expansivo partium insensibilium corporis calidi. XXXIII. Frigus saltem dolorificum in appulsu particularum salino-mercurialium cuneorum instar corporum meatibus se infigentium & intestinum partium motum retardantium.


um. XXXIV. Tychonis systema veteris scripturæ est congruentius. XXXV. Copernici autem naturæ simplicitati, unde ut Hypotesis defendi potest. XXXVI. Sol & Stellæ fixæ sunt corpora ignea. Planetæ opaca à sole illuminata. XXXVII. Solis maculæ sunt nubes ex fuliginibus genitæ; lunæ autem perennes sunt maria. XXXVIII. Cometæ sunt corpora solida opaca mundo coæva. XXXIX. Astra mouentur ab extrinseco per vim centripetam & centrifugam. XL. Non influunt in sublunaria nisi actione lucis & caloris. XLI. Meteora emphatica generantur ex halitibus sursum evertis. Fulmen non est lapis, sed exhalatio accensa. XLII. Terra non est figuræ sphericidicæ. XLIII. Æstus maris phænomena explicantur per pressionem lunæ & fermentationem. XLIV. Fontium perennium origo explicari potest & ex mari & ex pluviosis nivibusque folutis. XLV. Magnetis virtutes salvantur per effluvia magnetica. XLVI. Plantæ nascuntur ex specifico semine. XLVII. Bruta licet potuerint esse; nunc tamen non sunt automata; sed habent animam ab organica dispositione & spiritibus animalibus distinctam. XLVIII. Homo est substantia constans corpore

&

& anima unitis. XLIX. Illius sensatio perficitur in cerebro ubi sedes est animæ. L. Vita corporis dependet à motu cordis & cerebri, qui si totaliter cesseret est mors, ultimum Philosophi Christiani corollarium.







Pr

Ad Simolium ad
fr Mauritij Foros.

